

1537. 20. 32. 8
COMMENTATIO JURIDICA INAUGURALIS 1440

De
**TESTAMENTIS
CORRESPPECTIVIS;**

Quam,

DEO favente,

Indultu

Amplissimi JCTORUM Ordinis,

In Illustrissima EBERHARDINA,

P R A E S I D E

Magnifico ejusdem Rectore,

D N. FERDINANDO CHRISTOPHORO HARP.
PRECHTO, JCto & Antecessore,

P R O L I C E N T I A

Supremos in Jure honores legitimè
caepessendi,

Die 18. Octobris

IN AVLA NOVA,

Solenni Eruditorum examini
submitteret

ADAMVS CHRISTIANVS WACHS.

T V B I N G Æ,

Literis GREGORII KERNERI,

Anno 1788 iugis evagatis M DCC II.

+ H. Ullrich

• 05

1442

MS. 3. 100

Psalm. XLIV. vers. ult.

Exurge DOMINE, adjuva nos, & redime nos
propter nomen tuum!

P R A E L O Q U I U M .

Uam verum sit illud, quod eruditissimus Ro-
manensem Cardinalis Franciscus Mantica,
de supremis morientium voluntatibus scribit:
Quod tantæ moles altercationum ex omnibus
Testamentis exoriantur & invalefcant, quan-
tas & enumerari difficile & explorari impossibile fuerit, ex
L. i. princip. Cod. de annali except. in suo tract. de con-
ject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 2. num. i. haud immerito ad-
dens, quod, cum animum Testatoris non videamus, effato
Baldi, in L. Precibus. num. 23. Cod. de impub. & alior.
substituit. Consulentes & Judices, quando agitur de am-
bigua defunctorum voluntatis interpretatione, Prophetas
propemodum agere oporteat, quod dicit Cravetta, consil.
155. num. 10. in fin. & cum illo Franciscus Niger Cyria-
cus, controv. for. 142. num. 15. vel sola, quæ mutua, à
Conjugibus frequentius, quam ab aliis, ordinantur Testa-
menta nos edocent, sic, ut inde speciali hunc articulum com-
mentario illustrare meritò opera pretium reputaverit Pe-
trus Peckius, Ziricæus, celeberrimus quoad vivet Bel-
gii Jureconsultus. Verum, licet gravissima super talibus
elogiis controversie haud raro in foro personent; tamen
omnium gravissima, & stanta profecto, ut magis divinan-

A 2

tibus;

tibus, quām interpretantibus, (ut in simili ipse Princeps, in Nov. 107. in p̄efat.) videatur egere, difficultas in eo cum primis offenditur: Utrum corresp̄ctiva, tūm ab illis, tūm aliis, ordinata Elogia eodem jure censeri debeant, quod vulgaria DDrum, de reciprocis elogiis, axiomata definiunt? Benedictus Pinellus, nobilissimus Lusitaniae Jurisconsultus, illam etiam trivialem inter nostros Questionem: Utrum Conjuges, vel alii, in una charta, sese invicem heredes instituere valeant? altiori indagine, quām à DDbus existimetur, indigere, verissimè, nisi omni judicio desistimus, pronunciat; in suis select. Juris interppr. lib. 1. cap. 10. n. 1. Quid putamus, de istis corresp̄ctiviis Dispositionibus acutissimum virum fuisse sensurum, in quarum indagine ferè satius videtur imitari Ecclesiam, quæ non judicat de occultis? ut alicubi Alciatus, & cum illo Cyriacus, cit. loc. num. 16. Sed, cùmetiam qui vincitur in Musarum palestra, quantum docet, qui vincit, absque ullo, cum aliis, rubore addiscat, quare ergo in nominē, & gloriam NUNNIS, periculum in hoc, licet arduo, argumento facere reformidemus?

§. I.

DE Testamentis multi hačtenūs multa, quæ in hujus specia- lis materiae examine ut vel digito attingamus, operæ pre- cium non ducimus. Illud unicum præmonemus, non vo- cabulum Testamenti, in sensu nonnihil latiore, hīc sumere, sic, ut illa non saltem suprema elogia, quibus heres instituitur, vel exheres quis scribitur; verūm etiam illa, quies Hereditas neque dari, neque adimi potest; sed solummodo Legata, vel Fideicomissa, in d̄ etiam m. c. Donationes, in quibus non minūs, quām in

144A

in testamentis propriè sic dicitis, & quidem præcipue quoad Fideic. talis correspективitas incidere potest, non excludamus; prout largius id accipi, ex DDBus latè firmat J. P. Surdus, *conf.* 58. n. 6. & 28. Magonius, *Decis. Luc.* 32. n. 39. Sanchez, in *præcepta Decalogi*, tom. 2. lib. 7. cap. 5. n. 14. ex Menoch. Gentili, & aliis, Sande, *Dec. Frib.* lib. 4. tit. 1. D. 12. Brunnemann, *conf.* 40. n. 4. Bocer, *claff. 3. D. 1. th. II. Dn. Præses*, in *tract. Acad. de succession. part. 2. tract. 12. th. 1. pag. 1267.* Barbosa, de *appellat. verbor. jur. significat. Appell.* 262.

Quia tamen & ille, licet largior & laxior, significatus in dubium vocatus à Jacobo Caimo, in *varr. lucubration. ad rubr. ff. de leg. I. Q. 2. per tot. quo circā*, si cuiquam hoc minus arrideat, ille plena nostra pace frontem Dissert. hujus inscribere poterit de Dispositionibus correspективis; cum vocabulum, Dispositio, plurimque ultimorum Voluntatum in nostris libris proprium sit, jx. ea, quæ legimus in §. fin. ibi: *Totorum bonorum in testamento dispositio. Inst. quib. ex caus. manum. non. lic. L. ult. ibi: Defuncti dispositio. Cod. fam. ercif. Nov. 22. cap. 2. §. 1. ibi: Disponat unusquisque & cap. 26. verbis: Sive disponant substancias suas, sive inestati moriantur. Nov. 159. in. prefat. vers. Persuasum. ibi: Dispositionem voluntatemque hanc meam. L. 28. princip. illuc: Ultima quadam dispositio. Cod. de testam. L. 2. ibi: Extremis dispositionibus. Cod. comm. de manumiss. L. 30. in verbis: *Testatorum dispositionis. Cod. de inoffic. testam. Nov. 107. cap. 1. ibi: Super defunctorum dispositionibus. & in verbis seqq. ejusdem cap. cum seq. ubi tribus adhuc vicibus hoc vocabulum occurrit. L. 26. ibi: Ante hujusmodi dispositionem. L. 3. ibi: Ultimarum dispositionum series. Cod. qui testam. fac. poss. L. 1. §. 1. ibi: Sive in ultima quis dispositione libertatem imponere. Cod. de comm. servo manum. Augst. Barbosa, de dictiōnib. usū. frequentiōrib. Dict. 89. num. 1. ibi: Propriè tamen ultima voluntati adaptatur. Nicol. Reusner. de testam. cap. 2. n. 2. ibi: Propriè tamen ea demum dispositio dicitur,**

*que fit in ultima voluntate. addens ex Gozadino, Ruino & Vivio,
hanc communem DDrum esse definitionem. Cardinal. Tuschus,
lit. D. concl. 482. num. 13. in verbis : In dubio verbum disponendi
applicatur ad ultimam voluntatem. Vide tn. L. ult. verbis : vel in-
ter viros, vel per ultimas dispositiones. Cod. commun. de success. de
L. 2, ibi: Sive extremis dispositionibus, sive per judices, sive alio
legitimo modo. Cod. commun. de mapum, Nov. 117. cap. 1. illic : Quo
volunt modo disponere.*

II. Vocem Correspondivus ex con- & respicio, compositam
esse, vel ipse nativus ejus significatus haud obscurè insinuat, dum
ex duobus correspondivis alterum ad alterum respectum habere,
alterum alteri inesse, alterum cum altero & stare & corrugare. No-
strī passim ingeminant. Jul. Caponus, *Dis. for. 271. n. 82.* Unde
dicunt, quod Actus correspondivi appellantur ex eo, quod alter
alterius respectu seu causa celebratus seu factus sit; ex Baldo, Cra-
vetta, Alexandro & aliis, Josephus de Sesse, in *Dec. Aragon. De-*
cis. 19. n. 8. cum Alba, Corneo, Jasone, Rota Romana, aliquisque
DDbus, Jac. Menochius, de *præsumpt. lib. 6. præsumpt. 12. num. 2.*
seu quod unus celebratus sit alterius gratia, respectu, causa & con-
templatione; ac propterea unus idemque actus substantificè dici
debeat: Cyriac. *controv. for. 68. n. 8.* & *contr. 535. n. 1.* Decian.
lib. 5. consil. 28. n. 15. Hept. Capyc. Latro, *consil. 123. num. 19.*
Clem. Merlinus, *Decis. Rot. & Rom. 555. n. 1.* post innumeros Giurba,
Decis. 85. n. 18. Hieron. Rocca, *select. Jur. Disp. cap. 180. n. 5.* Gra-
tian. *Dis. for. 692. num. 37.* cum talia negotiva se invicem respici-
ant, & ad idem reflectant, unumque ad alterum habeat relatio-
nem, hincque nullā illorum separatio detur: ex Beccio, Tuschus,
in *concl. lit. C. concl. 1043. n. 8.* post Cravett. & Menoch. Cyriacus,
controv. for. 146. num. 36.

III. Licet autem alias in negotiorum correspondivorum ge-
nuinā naturā investigandā, & statuminandā correspondivitate,
DDres, si nullib[us], mirificè varient; dum correspondiva alli ita defi-
niunt,

1446

¶ 7. ¶

nunt, quæ in continenti, unum nempe post alterum, statim & immediatè sunt: post Baldwin, Tiraquell. Socin. Decium, Corn. Ruin. Alciat. Bursat. Cravett. Nattam, Menoch. Verallium, Herm. Vultejus, in *conf. Marp. vol. 3. conf. 18. n. 40.* Heeser. d. acq. coniug. part. 2. Loco 4. num. 97. Andreol. *controv. 288. n. 25.* Alii rigorosorem & tam præcisè contemporaneam ac simultaneam actuum celebrationem, ad inducandam correspективitatem, necessariam reputent, ut duo, vel plures, contractus aut actus, **uno ferè momento, eodem Loco, præsentibus iisdem Notario & Testibus,** peragi debeant: quod ex Baldo, Salycto, Hondedeo, Grammat. Magonio, Cephalo, Roderico, Gabriel. Surdo, Deciano, Lanario, Mantica, aliisque compluribus, tradit Marius Giurba, *Decis. 85. n. 18.* ibi: *Coram eisdem testibus, & per eundem Notarium, eodem momento & hora, unus post aliam: quæ consu dicuntur correspективi.* Merlin. d. loc. Joh. Bapt. Saminiat. *controv. 33. n. 55.* Alii contrà hoc paulò laxius interpretentur, actus correspективos etiam illos vocantes, qui **eodem saltem die, vel intra biduum** sunt celebrati; Cravetta, *conf. 356. in princip. Tuschus, d. lit. C. concl. 1044. n. 4.* Mantica, de T. & A. C. lib. 3. tit. 15. n. 48. imò etiam **post tredecim**, ex Cravetta, & Tucho, Giurba, d. loc. num. 19. vel, ut alii loqui amant, **intra paucos**, arbitrio prudentis judicis relictos dies: Gabriel. in *comm. concl. tit. de præsumpt. concl. 12. n. 5.* Menoch. d. *præsumpt. 12. num. 28.* ex Ancharano, Pedrocha, Cravetta, Giurba, d. l. n. 19. sive quando unus actus, brevi tempore, post alterum celebratus probatur. Jul. Capon d. *Disc. 271. num. 82.* Porrò alii, ex eo, talem correspективorum naturam dijudicent, quando **unum ab altero ita dependet, ut unum alterius contemplatione sit factum**, ita nempe, ut Partes unum actum, absque altero, haudquam fecissent; Actolinus, *Resol. 10. n. 71. & 72.* Gratian. *Disc. foren. cap. 924. n. 1.* Menoch. d. *præsumpt. 12. n. 2.* sive unum actum non fecissent, nisi alter præcessisset. Horat.

Gio-



Giovagnon, lib. 2. Resp. 27. num. 65. Rursus alii omnia negotia ob causam facta dicant correspœctiva esse, hincque donationem ob causam factam, & correspœctivam, idem esse pronunciet Iosephus de Sesse, in Dec. regni Arag. Decis. 19. n. 7. Sed & Alii etiam illa, quæ qualemcumque ad se invicem respectum habent, correspœctiva appellanda existimunt: quod respectu Collectas fructuum correspœctivas appellat Costa; de rat. rate, Q. 157. n. 4. Tamen isti, & alii significatus, plerique cum nostra tractatione nihil commune habent, neque correspœctivum testamentum constituunt.

IV. Sicut enim DDres, in hoc ipso articulo, verissimè trahunt, quod argumentum à correspœctivitate æquivocum sit; ut in terminantissimis pronunciat terminis Guilielmus Dunozetus, in Dec. Rot. & Rom. Dec. 298. n. II. ita, ad submovendam omnem dubitationem, Primo, illud prænotamus, quod & illa Testamenta, quæ à duobus, seu Conjugibus, seu Fratribus, seu Sociis, seu aliis, eodem in loco, prætentibus iisdem Notario & Testibus, uno quasi momento sive actu continuo, confecta sunt, haudquam vocemus correspœctiva: cùm haud dubie, hòc respectu, omnia mutua testamenta, simili confecta, sint correspœctiva, &, in hoc populari sensu, à DDbus quandoque isto nomine efferantur; notante Franzio, lib. 2. Resol. II. n. 25. ibi: Potest autem alia esse ratio, cur haec testamenta correspœctiva dicantur, vel quia simili fiant, unis iisdemque tabulis & solennitatibus conficiuntur. Addat Dauth. de testam. in explicat. L. 21. n. 23. ff. qui T. fac. poss. ubi etiam Pacta dotalia, sò in vim contracta nicht können erhalten werden eodem respectu respectiva appellatur. E diverso, ut maximè (Quod 2dò prænotamus) hujus generis Testamenta, de quibus hòc querimus, non saltem tredecim diebus, vel mensibus, sed pluribus annis, à se invicem discreta essent; si tamen aperte ostendi valeret, quod unum alterius contemplatione, respectu, & gratia, conditum fuerit,

fuerit, ita nempe, ut ille, qui ultimo loco testatus fuit, imò etiam ille, qui primò dispositus, in casu, si scivisset, suum Conjugem, se mortuō, vel adhuc dūm vivente, aliter, quām ipse per pætum speciale persuasus fuit, de sua substantia dispositurum esse, etiam ipsemē planē alterō de suo patrimonio testaturus fuisset, tunc nec ista tanti temporis distantia impediet, quo minus hæc duo suprema elogia jure corresponditorum propriissimè ita dictorum censemus; per inferius subiecta.

V. Neque, Tertiō, illa omnia, quibus duo, simūl testantes, Conjuges, vel se invicem ipsos, sive universali, sive particuli titulō honorant, vel suis Cognatis, ihrer beyder Freundschaften in casum, si etiam primū morienti supervivens moratur, benignè provident, nempe ultimū moriturū universali Fideicommissō, utriusque Cognatis sive Cognitioni exolvendō, onerantes, hujus tractationis objectum constituunt. Tametsi namque, etiam isto respectu, mutua Conjugum testamenta correspondiva haud ineptè salutari, advertat Franzkius, d. Resol. II. num. 25. in fin. & hōc modō adornata evidentem respectum ad se invicem habeant; tamen nulli dubitamus, quin & tali in casu, quilibet Conjugum, etiam alterō nesciō, imò planē invitō, quin & illō jam mortuō (utique nisi specialia Locorum Statuta hæc alter temperent; ut in nostro Ducatu, per Jus Provinc. part. 3. tit. 7. §. Als uns auch, ubi Dn. Lauterbach.) suum proprium testamento, pro liberrimo arbitrio mutare valeat; arg. L. I. Cod. de SS. Ecclesi. L. 32. §. 3. de donat. int. V. & U. L. 4. de adim & transf. leg. & per ea, que tradunt Carpzov. p. 3. C. 2. D. II. & C. 7. D. 21. Peckius, trait. de testam. conjug. lib. I. cap. 43. & I. post plures, quos laudat, Mevius, ad Jus Lub. part 2. tit. I. artic. 10. n. 26. Alphonſ. de Azevedo, conf. 3. n. 5. 6. 7. Alvar. Valafsc. consult. 7. n. 7. Merckelbach, apud Klock. tom. 3. conf. 110. n. 21. ubi etiam de Usu Camera Imperialis. Henr. Kinschot, Reß. I. n. 46. Menoch. conf. 1163. n. 8. Decker, lib. I. Diff. I. n. 6. & sgg. Marta Neapolit. in Dīg. noviss.

noviss. tit. Testamentum. cap. 106. ita quidem, ut, licet alteruter
 Conjugum, quo cum tempore, testamentum suum revocet,
 nihilominus tamen alterius Dispositio, illa corresponditatem, quam
 modò notavimus, nullatenus attentâ, (contrà quâm juris est in
 corresponditivis, de quibus hâc querimus) inde non infirmetur; sed
 valida permaneat; per tradita Peckii, cit. loc. n. 4. Mevii, d. l. n.
 28. cum sqq. Zœfi, ad tit. π. de injusto, rupro, irr. facto testam.
 n. 23. & per consequens etiam ultimò mortui Conjugis Cognati,
 unâ cum consanguineis primùm defuncti, ad fideicommissariam
 ejus hereditatem admitti debeant: ex doctrina Carpzovii, d. C. p.
 D. 21. hâc insuper habitò, quod in corresponditivis id juris obtine-
 at, ut, unò sublatò, etiam alterum corruat; per inferius deduc-
 enda. In ejusmodi quippe casu licet primò defunctus suam di-
 spositionem, quâ, post obitum Conjugis superviventis, utriusque
 Cognatos, etiam ad suam successionem, jure universalis fidei-
 commissi vocavit, non amplius mutare queat, hâcque ipsâ ra-
 tione ejus proximis Cognatis grave damnam inferatur; tamen
 rellè tûm illi primò mortuo Conjugi, tûm & ejus heredibus, illud
 tritum opponitur, quare talem testandi viam ipse elegerit, atque
 suis Consanguineis, in ejusmodi Casum, nullâ Conditione, Cau-
 telâ, vel Lege, sive nullâ reciprocâ & vicissitudinariâ, hâcque
 (saltem hypotheticè) obligatoriâ, que corresponditivum elogium
 constitutat, conventione prospexerit; de quo ita in punto Ben.
 Carpzovi: Quid ergò, inquit, si (ut plerumque fieri solet)
 post mortem ultimi, Heredes utriusque Conjugis, fideicommissi
 titulo, ad hereditatem vocati fuerint, an Consanguinei conjugis
 superstis, revocatâ ab hoc ultimâ voluntate, ad bona defuncti,
 unâ cum heredibus, admittendi erunt? Verisimiliter equidem di-
 xeris, Conjugem defunctum non nisi contemplatione alterius
 testamenti, quod Heredibus suis, Conjugis bona, jure fideicom-
 missi, assignata fuere, cognatos superstis Conjugis ad heredita-
 tem suam vocasse, adeoque Testamentum suum esse corre-
 specti-

spectivum; cui consequens, ut, revocatō per superstitem Testamento, ac una etiam Fideicommissō, alterum quoque, defuncti nempe conjugis, Fideicommissum revocatum conferi debeat; ut contingit in omnibus actibus correspondivis, destructō uno alterum quoque destrui. Sed sibi imputare debet defunctus, quod testamentum aut fideicommissum reciprocum elegerit, nec *Lege*, vel *Conditione expressā heredibus suis prospexerit*, cū adverte debuisse, hoc facilē evenire posse. *d. Def. 21. n. 4. & sqq.* *Ad dat.* *Idem, ejusd. part. 3. C. 2. D. 13.* *Mevius, ad Ius Lub. d. part. 2. tit. 1. artic. 10. n. 30. & sqq. usque ad n. 35.* *Franzk. d. Resol. II.* *Dn. Præses, vol. 3. consil. 44. n. 80. & vol. 4. consil. 54. n. 308. cum sqq.* nec non in *Resp. criminal. & civil. vol. 2. Resp. 18. n. 67. & sqq.* *Alphonsus de Azevedo, d. consil. 3. n. 19.*

VII. Multo minus ergo, Quartō, illa Conjugum testamenta pro correspondivis haberi poterunt, quando Conjugum unus, nō solus pateretur, quod etiam alter ipsum heredem sit institutus, eundem instituit: Sicut enim DDres talēm dispositionē non tam in primum mutua institutionis, ab altero sperata, quam ob coniubiale affectionē principaliter factam, præsumendam existimant Franzk. *d. l. n. 23.* *Tulden. in Cod. tit. de testam. milit.* *n. 1.* *Mevius, d. l. n. 2. cum sqq.* *Alciat. ad L. Licet. n. 6. Cod. de pecc.* Ita dicunt, quod, licet ab altero sperata institutio deficiat; tamen altera, per se & seorsim consistens, inde hand evanescat; cū & illa testamenta, quæ Conjuges, simul & reciprocè, ita condunt, ut alter ab altero vel palam heres nuncupetur, vel in una eadem que charta institutatur, duo sint testamenta, à se invicem separata, quorum alterum ab altero nihil habet dependentia: *Cardin. de Lugo, de J. & J. Disp. 24. scđ. 2. num. 45.* ibi: *Tunc enim duo sunt testamenta, alterum ab altero independens.* *Dn. Præses, d. consil. 54. n. 325.* neque illud, quod Conjugem ad testandum induxit, dum Maritus etiam omnia sua bona Uxor, ejusdemque propinquis, hac consideratione & respectu, reliquit, quod & Uxor

Marito ipsiusque propinquis, sua bona vicissim certò reliqua effet, testamenti naturam, quod in se revocabile, mutare valeat. Struv. exerec. ad π. 32. tb. 43. Addat Carpzov. part. 3. C. 2. D. 14. n. 5. ibi: *Sed indifferenter, sub spe licet lucri & recompensationis facta, subsistant in vim ultima voluntatis, que semper est revocabilis.*

VII. Sed neque, Quintò, testamentum ex eo, si duo Fratres, vel alii Agnati, prætentibus eodem Notario & Testibus, eadem in charta, vel simultaneæ nuncupationis actu, palam & præsenter, alter alterum ex ase heredem instituat, promiscue redditur correspondivum. Ut enim Conjectura à correspœditate desumpta concludat, manifestum esse debet, quod quilibet Fratrum, vel Agnatorum, eâ solâ Ratione, quia ipse vicissim ab altero heres instuebatur, ad reciprocum ejusmodi dispositionem commotus fuerit, ita, ut Possibilitas, per fraternalm vel agnaticam affectionem ipsum motum fuisse, omnimodo cessen. Ubi verò simili & consideratio mutui præmii sive institutionis alteri remunerandæ, & mutua affectio, propter nexus fraternum, & Bona ulterius in Familia conservandi desiderium, præsumpta, æqualiter militant, ibi dici non potest, quod haec ipsa fraterna vel agnatica affectio ab illo commodo seu vicissitudinaria institutionis interesse dependeat, sic, ut unâ revocata, etiam alteram revocatam intelligi oporteat. Defectus namque cause supremam defundi dispositionem tunc demum cessare facit, si probetur, *Testatorem sine illâ non fuisse ita dispositoryum*: prout optimè Alexander, ad L. *Condonationis. num. 7. verf. Tamen potest responderi. Cod. de transactione.* Atque ita in terminis Rotam Romanam decidisse recentet Guilielmus Dunozettus, in *Dec. Rot. & Rom. Decis. 298. ubi n. 2.* rectissime dicit, quod, cum ultimæ voluntates sint ambulatoriae ad extremum usque spiritum, sic, ut libera disponendi, rursusque mutandi suam dispositionem, facultas cuiuslibet, ad mortem usque,

usque competit, proinde illi, qui heredes se invicem instituerunt, suam intentionem ad actus omnino & semper revocabilis, nec ulla tenus ab alterius voluntate pendentis nativam indolem accommodasse, & proinde se invicem ita instituisse censi debent, ut cuilibet ipsum maneret libera revocandi facultas, & hanc ipsa revocatio a propria cuiuslibet voluntate penderet. Quibus convenienter nullam deceptionem in alterutrum redundare posse, notabiliter addit, cum ita ferat natura actus.

VIII. Quid itaque, Sexto, de eo sentiendum, si Conjuges, Fratres, aliive conditores simultanei testamenti, expresso Pato, de non revocanda mutua institutione, & fideicommissariâ, in casum, si etiam novissimus decesserit, utriusque Cognatorum Substitutione, se se invicem obstrinxerint, an nec tale Testamentum erit correspondivum, ac proinde, licet unus suam dispositionem, preprimis post mortem alterius, revocet, tamen ultima præfuncti, de ipsis Substantiâ ordinata Voluntas suo robori relicta intelligi debet, ita, ut v. grat. non solum ipse Conjux. Agnatus, vel Frater, præfuncto superstes, ab eodem relicta totâ hereditate, per omnem suam vitam, plenissime uti frui; sed & post ejus obitum ipsis Cognati, una cum præfuncti Cognitione, (non obstante, quod haec à superviventis successione, contra literam istius simultanei Testamenti, omnino exclusa sit) ad Fideicommissum a præfuncto, sub certâ spe suæ Cognitionis ad alterius Bona consimiliter admittendæ, ordinatum de jure admitti debeant? Sane hoc testamentum pro correspondivo disertè agnoscit Stephanus Gratianus, *Discept. forensis cap. 908, n. 2.* ibi: *Sunus in testamento correspondivo. & n. 4.* in verbis: *Cum correspondit unius ad aliud. ac proinde revocaçõ alterius testamentô etiam alterum ipso jure irritari contendit Franc. Linglois, ad 50. Dec. Decis. 24. Q. 10. per L. penult. Cod. de legat.* & ex eo, quod talis reciproca institutio, quam deinceps alter revocat, sit captatoria, ac proinde reprobata, ceu cui Dolus

revocantis, de quo ex eventu judicandum existimat, causam de-
disse existimandum sit. Sed tamen, post habitatem istam correspondiv-
itate, cum Oldrado, Corneo, Roderico, Bertrando, Simone de
Pratis, Gailio, Tiraquelle & Dunozerto, etiam haec tenus illa in-
ter Nostrates de reciprocis testamentis receptissima sententia à
laudato Gratiano & aliis admittitur, quod, cum hic tot habeamus
Testamenta, quot Personas testantes, idem, licet tale recipro-
cum testamentum in eadem membrana, eodem loco, praesenti-
bus eisdem Notario & testibus, cum correspondivitate unius
ad aliud, & propter mutuam affectionem, addita prohibitione
illud non revocandi, consecutum fuerit; tamen etiam haec tenus
superstitis voluntas sit ambulatoria ad extrellum usque halitum:
Eo quod nemo quisquam, seu expresse, seu tacite, ad non revo-
candam suam dispositionem, sub ullo colore, se obstringere va-
leat jx. txx vulgatissimos in L. 22. princip. de leg. 3. L. 15. Cod. de
pacif. cum parall. ut post plures latè firmat Alyar, Valascus, con-
sult. 7. n. 7. Castilio, quotid. controv. part. 2. cap. 18. n. 17. & sqq.
Faber, de error. pragmat. decad. 52. err. 4. pag. nob. 29. Gamma,
Decis. Lusitan. 231. Barbofa, ad L. 19. n. 10. Cod. de pacif. Larrea,
Decis. Granat. 60. n. 10. & sq. Amat, Dunozett. Dec. Rot. Rom. 756.
n. 5. in tantum, ut etiam in tali casu, quod duo Fratres, seipso in-
vicem, & suos Filios, mutua affectione, & pro conservatione suo-
rum bonorum in familiâ, heredes instituerunt, respectivè substi-
tuerunt, sub hac prefatione, quod diu cogitaverint, quoniam
modo provideri posset ipsorum testamentariis dispositionibus, &
à pluribus mensibus, quænam per ipsos, & ipsorum unumquem-
que agenda essent, decreverint, ut possit haberi firma spes, quod
tam seria ipsorum voluntatis sententia sortitura sit exitum, tamen
idem obtinere, Gratianus definit. d. cap. 908. n. 2. & per integr.
Et omnino ita est, quod nulla promissio, ne quidem jurata, ad
hoc sufficiat, ut superviventи suam dispositionem mutare non
liceat; eruditè id firmante Nicol. Everardo, consil. 79. n. 7. curia
sqq.

sqq. & consil. 167. n. 1. & sqq. & intrepidè id approbante Ampliss.
 Facultate, apud Dn. Praeisdem, d. consil. 5. num. 309. Quibus ge-
 mina ex Franzkio, Brunnem. & Mynsing. adducit Müller. ad
 Struv. exerc. ad 22. th. 43. lt. y. Joh. Harpprecht. ad 6. 1. n. 6.
 Inst. quib. mod. I. infirm. Camill. Borell. in compend. Dec. part. 1.
 tit. 60. n. 354. Et proinde nec Majoratus, à Conjugibus, de bonis
 utriusque, in Tertii alicujus favorem constitutus, quoad super-
 viventis partem, si ipsum peniteat, sit irrevocabilis. Lud. Mol-
 na, de primogenitis Hispaniar. lib. 4. cap. 2. n. 84. ibique in addit.
 Lud. Didac. de Liata, ubi duas notabiles addit limitationes. Mi-
 res, de majoratu, part. 1. Q. 23. n. 2. Gutierrez, ad Cap. Quam-
 vis. in princip. d. pact. in 6. Joh. Del. Castillo, quotid. controv.
 tom. 2. cap. 18. & tom. 5. cap. 67. n. 28. Franc. Molinus, de rirum upr.
 lib. 3. Q. 6. num. 8. post Burgens. Tiraquell. & Covarruv. Alv. Va-
 lafcus, cit. loc. Imò, licet revocatio unius saltem Conjugis cum
 præjudicio piæ Causæ conjuncta fore, tamen idem dicendum
 fore, in terminis judicatum recenset Everhardus, cons. 213. n. 24.
 Cardin. de Luca, de legat. Dis. 32. n. 4. Vultejus, in Cons. Marp.
 vol. 4. cons. 21. n. 6. Azevedo, cons. 3. n. 4. ubi aliam præterea ad-
 dit ampliationem apud ipsum videndam. Et quòd frustrà in tali-
 bus illud objiciatur, quòd, admisso hâc sententiâ, prædefunctus à
 superstite deceptus fuerit, præprimis ex L. 34. Cod. de transact.
 benè firmat Castillo, d. cap. 18. Valafc. d. loc. n. 7. Gratian. d. I.
 n. 7. & sq. Planè, si demonstrari queat, ex parte revocantis Do-
 lum intercessisse & Contestatorem ab illo deceiptum esse, tunc,
 cùm utique LL. decipientibus nullatenus faveant, L. 2. ff. L. 5.
 Cod. ad Sct. Vellej. nec quisquam, qui alterum sùm hereditate de-
 fraudare intendit, suæ calliditatis fructum consequi debeat, d. L.
 penult. Cod. de legat. nemo facilè dubitaverit, quin etiam alterius
 supremâ voluntâ si non pro nulla, saltem pro revocatâ haberi
 debeat; ut ex Glossa, Purpurato, Fulgoſo, Baldo, Corneo, Ja-
 lone, Alex, Cyno, Angelo, Dilecto & Decio, dicta temperat
 Valaf

Valascus, *d. consult. 7. in fin.* Ampliss. Facultas, ap. Dn. Praesidem, *d. conf. 14. n. 346.* Vide tamen, quae valde speciosè hic disputat Bened. Pinellus, *select. interppr. l. b. 1. cap. 18. §. 26.* & mult. sgg. ubi dicit, quod tūm in tali casu, quando alter ab altero dolo iudicatus fuit, ut eādem in chartā, in quā ipsi se invicem insituerunt, aliquem Tertium substituerent, tūm & illo in casu, si citra dolosam talem inductionem, unanimi consensu atque conventione, Tertium substituant, non obstante alterius revocatione, substitutio alterius nihilominus subsistat; sed utroque in casu hereditas illi Tertio, ceu indigno, auferatur & in Fiscum cogatur; quod à nemine alio offendimus. De Cautelis, quas aliqui contra liberam testamento revocationem suppeditant, consulat. omnino Anton. Faber, in *tract. de error. pragmat. decad. 52.*
err. 49

IX. Hisce igitur semotis, nobis nomine Testamenti correspeditivi (Ut qualem ejus descriptionem, licet periculosam admodum, præmittamus) nihil aliud venit, quam tale Testamentum, quod à duabus, vel pluribus personis, sive uno eodemque actu, sive actibus separatis, eo modo conficiatur, ut vel ex verbis ipsarum expressis, vel valde urgentibus Circumstantiis appareat, quod altera Persona non aliter de suis bonis ita disposuisset, quam si etiam altera de suis facultatibus ordinatam voluntatem, vel adhuc ordinandam, immutatam reliquerit, ac proinde, si altera ex postfacto eam revocet, illa etiam ab altera pro revocata haberi debeat. Conferat. omnino Joh. Del Castillo, *quotid. controvers. part. 2. cap. 18. n. 20. & 67.* Mevius, ad *Jus Lub. part. 3. tit. 1. artic. 10. n. 36.* & sgg. Müller, ad *Struv. d. exerc. 32. th. 43.* aliquique complures mox etiam laudandi.

X. Hujus generis Testamenta possunt, aequè ac alia, vel nuncupativa esse, vel in scriptis confecta; per ea, quæ legitimus in Provinciali Wurtembergico Jure, *part. 2. tit. 7. princip. & §.*

& §. Als uns auch. cum §. seq. Was nun also hieoben. & apud
Schilter. exerc. ad π. 39. §. 58. pag. 836. Peckium, de T. C. lib. I.
cap. 19. pertot. Franskium, lib. 2. Resol. 11. num. 1. Dn. Præsidem,
confil. 54. num. 292. & vel publicâ fide atque autoritate ipsius
Principis, vel Actorum judicij; vel privatâ septem Testi-
um: Franzk. d. num. 1. in verbis: *Titius, unā cum uxore suā, in*
loco Judicij, coram Questore Vinariensi, testamentum nuncupa-
tivum fecit. Dn. Præses, in tract. Academic. de succession. pag.
1340. junctis ibi præc. & subsq. nec non vel adhibitis omnibus
Solemnitatibus; de quo Valascus, d. consult. 7. n. 3. Gail. 2. Obs.
117. n. 2. Mevius, ad *Fus Lub. cit. loc. num. 20.* Carpzovius, p. 3.
C. 7. D. 22. Marta Neapolit. in *Dig. nov. tom. 5. tit. Testamentum. cap. 53.*
& cap. 106. Dn. Præses, d. conf. 54. num. 301. Ant. Faber, de error.
pragmat. decad. 52. Err. 4. ibi: *Quæ suas omnes intrinsecas & ex-*
trinsecas habeant solemnitates, vel quibusdam aut omnibus
relaxatis, ordinari. Neque enim dubitandum, quin, si vel duo
Milites, in expeditione, (quod egregie facit L. 19. Cod. de paet.)
vel duo Pagani, in hostiolo constituti, vel Conjuges rustici,
ruri testantes, vel Parentes inter Liberos ; (Non obstante,
quod dicitur, in tali testam. personam extraneam admisceri non
posse; ut ex infra subjectis Exemplis patebit) vel duo Conjuges,
Frates, vel alii, ad pias causas, aut tempore Pestis, talem
correspiciatam dispositionem, jure privilegario, quoad istas Per-
souas & Casus indulto, conficiant, etiam circa hujusmodi privile-
giarias Dispositiones jura Testamentorum correspiciatiorum at-
tendi debeat. Videatur de tali testamento paterno, à Patre &
Matre inter liberos condito, egregia disputatio Antonii Fabri, in
d. decad. 52. errore 4. & in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. D. 18. & de alio
Conjugum, quod pia Causa fuit instituta, Nicol. Everhardus, d.
confil. 213. num. 24.

XI. Causas investigantibus, & primò quidem efficien-
tem remotam, multa dubia occurunt, præcipuum illud:

C

Ut. um

Utrum tale testamentum in nostris libris agnoscatur? immo etiam hoc ipsum: Utrum Correspondentia in supremam Voluntatem vel incidere valeat? Ita namque DDres aliquando loquuntur, quod ratio corresponditatis non aliter locum habeat, quam si subiecta materia id patiatur; ultima vero Voluntas, cœjuxta primordialem suam naturam ambulatoria, Græcis *προσαντλικη*, cui Testatores suam intentionem accommodasse censerit debeat, id non patiatur: prout hanc in rem loquitur Rota Romana, & Amatus Dunozettus, *Decis. 756. num. 7.* Guilielm. Dunozett. *Decis. Rota Rom. 298. num. 1. & sqq.* Joh. Bapt. Cardin. de Luca, in *theatro Verit. & Justit. tom. 5. disc. de feud. 14. num. 13.* Et omnino, cum (1.) in actibus liberis & variabilibus, ex mero disponentis arbitrio pendentibus, qualis np. est omnis suprema voluntas; *L. 4. de adim. legat. L. 1. Cod. de SS. Eccl. nemo* eam sibi legem imponere valeat, ut à feme declarata voluntate non recedat; *d. L. 22. ubi vulgo Scribentes, ff. de leg. 3.* Hieronymus Pantzschmann. *pract. Qq. lib. 2. Q. II. num. 15.* hincque patet à Nostris pro indubitate axiomate tradatur, quod nulla passione, nulla conventione hoc effici valeat, ne mutare nobis licet nosfras testamentarias dispositiones, Bachov. ad *ff. 2. Inst. quib. mod. T. infirm.* neque ulla Cautela detur, quam impeditur testamenti factio, i.e. ne quis scribat testamentum, aut jam scriptum immutet: post Bart. Heig. ad *princ. Inst. de adim. leg.* Brunemann. *confsl. 168. num. 8.* tametsi favor Dotis concurrat: Alvar. Valal. *confsl. cap. 20. num. 5.* ac proinde, nec Conjuges unquam per Testamentum securos reddi, pro certo tradat clarissimus Strykius, in *annot. ad compend. Lauterbach. tit. de his, que in testam. del. ad pag. 492.* ibi: *Absque alterius voluntate.* Imò ut planè, actum invariabilem, sive non revocabilem dispositionem, ne quidem testamentum appellari posse, dicitur Johannes Torre, *de pactis futuris & succession. lib. 1. cap. 12. num. 61.* Cum (2.) nec nomen Testamenti correspondivi in ullo tx. deprehen-

1458.

¶ 19. ¶

hendatur, fatente vel ipso Antonio Fabro, d. tit. 5. Def. 18. num.
22. ibi: *Ex quo fortasse, ut in libris nostris nullum extet aut exemplum, aut vestigium hujusmodi testamentorum.* Cùm (3.) DDres generaliter tradant, quod, si Conjuges, vel alii, reciprocum seu mutuum (quod nomine rectius nos uti contendit Fac. Jurid. Marpurg. vol. 4. consl. 1. n. 1. & sqq.) testamentum condiderint, sub expresa & specifica, imò planè juratâ hac promissione, quod ab illo nullatenus discedere velint; tamen, insuper habitâ istâ promissione, licet illa potentissimam correspectivitatem videatur involvere, unusquisque illorum aliam dispositionem confidere valeat: Jungat, ultra suprà laudatos Richterū, Dec. 26. num. 3. cum sqq. & vol. 4. consl. 119. num. 113. Dn. Præses, in tract. Acad. de succession. part. 1. pag. 791. Finckelthaus, Obs. 90. Franc. de Barry, de succession. test. & intest. lib. 1. tit. 1. num. 41. Dnni Icti Altorfini, Resp. 49. pag. nob. 227. Hier. Schurffus, inter Consf. Factor-German. tom. 2. pag. 169. Renat. Choppin. de LLb. Andium, lib. 3. tit. 4. num. 13. Joh. Torre, de pactis futura success. lib. 1. cap. 5. num. 13. & sq. Sanè vix ac ne vix quidem fieri posse videatur, ut, sub colore correspectivæ sive correlativæ dispositionis, sive quomodo cunque factæ conventionis, in contrarium quam disponi valeat; per tx. notabilem in L. 34. ubi vulgo DDres. Cod. de transaction.

XII. Verum, licet hæc maximi videantur momenti, tanti tamen non sunt, ut testamenta correspectiva, ultra illum vulgarem, quem suprà retulimus, significatum, in eminentiori respectu sic dicta agnoscant DDres haud postremi subsellii, & in foro versatissimi; è quibus modò laudamus Franzkium, lib. 2. Resol. 11. n. 20. Mevium, ad Jus. Lub. part. 2. tit. 1. artic. 10. n. 36. & sqq. maxime num. 38; ibi: *Atque adeò testamentum correspectivum esse.* & in Dec. part. 5. Decis. 15. num. 3. in not. ibi: *Correspectiva contemplatio.* Guilielm. Dunozettum, Decis. Rota Rom. 298. per tot. Amat. Dunozettum, Decis. 756. num. 2. verbis: *Revocatur.*

C 2

simil.

simil , uti correspективum , testamentum Horatii . & per integr .
 Jacob. Cooren , in Observ . rer . judicat . Obs . II . n . 42 . ibi : Et latius cum hac conjugum testamenta fuerint correspективia . Anton .
 Fabrum , in Cod . Sabaud . lib . 6 . tit . 5 . Def . 18 . præcipue ibi : Negari
 non possè , quin alterum alterius contemplatione factum fuisset ,
 & ut nostri loquuntur , quin essent correspективia . & in tract . de
 err . pragmatic . d . decad . 52 . err . 4 . potissimum in verbis : Dubitari
 non possit , quin duo illa testamenta sint correspективia , & unum
 quodque ipsorum factum contemplatione alterius . Müller . ad
 Struv . exerc . ad π . 32 . th . 43 . lit . δ . & ex nostris B . Dn . Magirum ,
 & Christophorum Besoldum , in Conf . Tubing . part . 3 . confil . 12 .
 num . 7 . ibi : Habentur namque duo isti correspективi contractus seu
 Testamenta pro uno . Quibus addi possunt ea , quae tradit Amplissima , in hac alma Nicrina , Facultas Juridica , ap . Dn . Praefidem , in Confil . vol . 3 . conf . 44 . num . 75 . & volum . 4 . confil . 54 . num .
 31 . & in modum haud obscurè horum approbationis B . Dn . Bar-
 dili , Diff . de revocat . ult . volunt . th . 31 . in fin . ibi : Vide tamen Hec-
 serum , Merivium &c . Joh . Heeserus , de acq . conjug . part . 2 . Loco
 II . n . 138 . & sqq . Struv . d . exerc . 32 . th . 43 . Dütter . de jure testandi
 hodierno , cap . 4 . § . 20 . & in ista materia (judice Franzkio , cit . loc .
 num . 31 .) præ ceteris legendus Johannes Del Caflillo , rer . quoti-
 dian . part . 2 . cap . 18 . num . 22 . cum sqq . & num . 67 . Mieres , de ma-
 joratu , part . 1 . Q . 23 . num . 3 . Crusius , in addit . ad Jus Statutar .
 Mindensem , lib . 2 . tit . 1 . artic . 13 .

XIII . Neque hujus testamenti correspективi patronos vel
 Juris nostri analogiae , vel Usus forensis autoritate , ceu duobus
 potentissimis rerum omnium fulcris , destitutos quis existimet .
 Nam ut unum vel alterum talium testamentorum stabilimentum
 ex testamentaria Jurisprudentia saltem digito tangamus , quid
 adeò invisum & exosum nostris LLbus , quam si suprema defuncti
 Voluntas , de qua vel ex verbis ipsius expressis , vel ex valde ur-
 gentibus & concludentibus conjecturis nobis liquet , effectum

for-

146v.

¶ (21.) ¶

fortiri impediatur? L. 5. T. quemadm. aper. L. 1. Cod. de SS. Eccles.
L. 35. Cod. de inoff. testam. Sanè in testamentis voluntatem te-
statoris, sive illa expressa, sive tacita sit, eeu reginam dominari,
& summoperè attendendam esse, txx. extant dissertissimi in L. 35.
§. 3. ff. de hered. instit. L. 19. de condit. & demonstr. L. 3. Cod. de
liber. preter. L. penult. Cod. de necessar. serv. hered. instit. L. 50.
§. fin. de leg. 1. L. 23. in fin. princip. Cod. de legat. Mantica, de C.
U. V. lib. 6. tit. 6. num. 19. Pruckmann. vol. 1. cons. 34. num. 85. Jo-
sephus de Rosa, consult. 24. num. 16. in med. Quòd voluntate
testatoris sit servanda instar Legis, rotunda sunt verba ipsius Augu-
sti, in Nov. 22. cap. 2. Hercul. Marescott. varr. resol. lib. 2. cap. 88.
num. 5. Quòd crudele sit & impium, manifestam mortuorum
voluntatem negligere, inculcat L. 7. Cod. de testam. manumis-
& quæ plura his similia in simili concessit Herm. Vultejus, in Cons.
Marp. vol. 4. cons. 21. num. 7. cum. sqq. & prolixius accumulat Au-
gust. Barbosa, in axiomat. vocab. Voluntas. axiom. 4. Quis por-
rò ignoret, Testatoris voluntati, in omnibus illis, quæ ipsius ar-
bitrio atque dispositioni, tūm in ordinatione, tūm in revocatione
supremi elogii, relicta sunt, nos præcisè & rigidè oportere insi-
stere? per L. 55. d. leg. 1. ibique notata. M. A. Peregrin. de fidei-
comm. artic. 36. num. 72. in fin. Frider. Pruckmann. vol. 2. cons. 5.
num. 248. licet illa non explicita sed duntaxat praesumpta sit,
modò ex necessariis vel valde probabilitibus conjecturis colliga-
tur. Mantica, d. tract. lib. 3. tit. 3. num. 10. ubi Baldum, Socin,
Alciat. & Curtium junior. allegat. Bruckmann. d. consil. 34. num.
85. Si verò in casibus inferius notatis vel omnino expressa, vel
ex valde urgentibus circumstantiis apparens jam pridem defun-
cti, vel mutationis ab altero factæ ignari Conjugis, vel alterius
Contestatoris voluntas, quā, in talem insperatum casum, etiam
ipse testamentum cum illo conditum, vel explicitè, vel tacitè,
modò verisimillimè, cassatum voluit, non attenderetur, annon
omnes hæ regulae prorsùs profligarentur?

Secundo, cùm
con-

C 3



constet, quod etiam Testator, tunc legato, quod ordinat, tunc & ipsi heredis institutioni, sive omnibus illis, que vel caput testamenti, vel illius solummodo appendices constituant, quamcumque lubuerit, modo illa per LL. & rerum naturam impleri valeat, Legem, Conditionem, itemque Modum, sive causam finalem adjicere valeat, ita quidem, ut, illis deficientibus vel non impletis, ipsa etiam relicta, sive universalia, sive particularia, sive haud insolenter totum etiam testamentum corruere oporteat: per tot. tit. de condit. instit. tot. tit. Cod. de condit. insert. tot. tit. Cod. de his, que sub modo. Et dehinc quoque, Tertiò, illa parietaria DDrum Regula, quod, Causa finali, que videlicet ab agente, in actu agendo, principaliter intenditur, & sine qua actus ille planè non fieret, deficiente, tota etiam dispositio omnimodo concidat, in testamentariâ dispositione, æquè ac in legali, & qualibet aliâ, locum obtineat, sic, ut etiam Institutio, vel Substitutio, cessante finali illius causâ & ipsa cesset; per L. fin. Cod. de instit. & substit. L. propenit. Cod. de impuber. & al. substit. Cap. Cum cessante. 60. X. de appellat. causâque voluntatis testatoris cessante ipsa etiam voluntas similiter exulet; post Baldum, Manz de T. val. & inval. tit. 14. Q. 2. n. 1. Peck. de T. C. lib. 1. cap. 4^a n. 5. latè Dn. Praes, vot. 2. consil. 19. num. 37. & sq. Quare igitur in substrato diversum sentiamus? prout in individuo concludit Franzkius, a. lib. 2. Resol. 11. num. 29. in verbis: *Et nobis quoque, cum institutio conditionalis censeatur, improbabile videatur.* & David Meyius, ad Jus Lub. d. tit. i. artic. 10. num. 41. ibi: *Cessante institutionis causâ cessat ipsa institutio & substitutio,* post Covarruv. Alciat, & Peckium, Amatus Dunozet. Decis. 756. num. 8. ibi: *Sive tanquam ratione correspективatis, sive tanquam cessante causa, ob quam manavit.* Quartò, si verum est, quod Testamentum, à Marito non saltem de suis propriis; verùm etiam de Iuxoris; suum desuper consensum accomodantis, & hoc subscriptione sua corroborantis, facultatibus
con-

conditum, defuncto Marito ab illa non amplius mutari possit: per
L. 8. §. 11. ff. quib. mod. P. solv. id quod equidem extra dubium, &
 rerum constanter judicatarum autoritate firmatum dicit Dn. Joh.
 Burkardus Röslar, in *Specim. Dec. Saxo-Coburgicar. Secl. I. Dec.*
14. num. 5. & per integr. & ipse Carpzovius, ex traditis Peckii,
 Covarruv. & Baldi, pro certo admittit, in part. 3. C. 2. D. 13.
 Stockmanns, *Decis. Brabant. 20. num. 1.* Berlich. *Decis. 92. num. 6.*
 & sqq. Müller, ad *Struv. exere. ad π. 32. th. 43. lit. E.* Petr. Salazar, de *usu & consuetud. cap. 4. num. 27.* Andr. Schäffer, *pract.*
Q. part. 3. Q. 49. num. 247. & sqq. ubi tamen expressum consen-
 sum requirit, *num. 26.* Nicol. Everhard. *confil. 60.* Simon van Leu-
 wen, *Cens. for. lib. 3. cap. ii. num. 7.* ubi optimè de his differit, &
 doctrinam hanc pariter, ex Grotio, Coren. Christinæo, Deckero,
 Charonda, Bouvoto, in Praxi receptam dicit Joh. Del Castillo,
R. Q. part. 1. cap. 18. num. 38. & sqq. Quibus etiam Bb. Domi-
 ni Antec. hujus almi Lycæi gemina pronunciarunt ap. Bæfoldum,
confil. 94. num. 1. (Vide tamen Brunnemann. *cent. 2. Dec. 24.*
num. 6. & ad *L. 22. num. 3. de leg. 3.* B. Dn. D. Bardili, *de revocat.*
U. Vol. th. 32. & hac valdè ex aliis restringentem Peregrinum, de
fideicom. artic. 44. num. 40. & sqq.) quanto magis admitten-
 dum erit, ut, si Conjugi ejusmodi correspondivam dispositionem
 cum conjugi ordinaverit, licet Corresponditatis facultatem re-
 vocandi neutri Conjugi adimat, tamen, alterò testamentum ex
 suo latere revocante, illud etiam ab altero ex verissimilius ipsius
 voluntate revocatum credendum sit? Sanè enim, si Conjugi nihil
 tristius aut acerbius contingere potest, quam ea, post mortem
 suam, irrita fieri, quorum ipse perpetuâ firmitate fretus longè
 latior, & quietior ex hac vita migravit, quare ergo vel hoc, si
 omnino superstes testamentum suum revocet, ut tunc nec ipsius
 met propriae facultates ad extraneos deveniant, & ipse alienas
 successiones, contra regulam Legis 30. in fin. *Cod. de fideicom.* &
 propriam voluntatem, suis propriis anteposuisse fingatur, mor-
 talis-

talitatis solatium ei indulgeamus? Et quæ, quæsumus, Quinto, solida diversitas inter Contractus & U. Voluntates adferri possit ratio, ut in illis quidem jura Correspondentias sint attenda; non verò in his² cùm tamen in omnibus humanis actionibus, atque dispositionibus, vulgatissima illa clausula, Rebus sic stantibus, subintelligi debeat? ix. latè firmata Aug. Barboꝝ, de *clausul. usufrequentiorib. Clauſ. 229.* Unde nihil, hac in parte, quoties quereritur de actibus correspondivis, Testamenta à contractibus distare, pronunciat Anton. Faber, d. errore 4. in fin. Et rectissimè his omnibus ab eodem Fabro additur, quod hæc res habeat naturalem intellectum, ut, qui non erat ita testatus, si vel contestatorem nullum habuisset, vel contestatoris sui voluntatem prævidisset, nunquam credi debeat in ea voluntate perstiterisse, si alius testator in sua non perstiterit. d. decad. 52. Err. 5. princip. pag. nob. 32.

Denique quod hæc doctrina de Testamentis correspondivis etiam Usus forensis autoritate sit constabilita, elucescit ex iis, quæ tradit Mevius, in Dec. part. 5. Decif. 15. ubi de illa specie, quam ibi examinat, & nos infra producemus, notabiliter testatur, quod ita mos Ducatus Pomeraniæ hodiè servet; eidemque conformiter judicatum advertit. Eandemque sententiam Senatui Pedemontano probari, autor est Faber, in Cod. Sambaud. lib. 6. tit. 5. D. 18. & 19. Et Rota Romanæ, Guilielmus Dunozettus, d. Decif. 298. Ex quo etiam juxta illam aliquoties responderunt celeberrimi illustrissimæ hujus EBERHARDINÆ Domini Antecessores, apud Dn. Præsidem, d. consil. 44. num. 75. & consil. sqq. nec non consil. 54. num. 311. idemque in Rep. criminal. & civil. vol. 2. consil. 18. num. 71. & sqq. Nec ab illa alieni sunt Domini Francovadani Jureconsulti, ap. B. Dn. Brunnemanum, in venusto consil. 38. Anno 1666. à num. 19. usque ad finem, cuius plenum tenorem serio huc repetimus.

XIV. Ne-

1404.

25.

XIV. Neque aliquid adversæ sententiae præsidii ex eo accedit, quod supra elogia, liberæ revocationis, ad extreum usque spiritum, objectum constituant. Sicut enim hoc ipsum largissimè largimur, ita illud è contra, quod infra prolixius statuminabimus, ex hoc planè non destruitur, quod, si tale testamen-
tum correspondit ex grat. à superstite Conjugi, post alterius obitum, temerè revocetur, etiam hujus præmortui, tanquam contemplatione illius confestum, simil, ex præsumpta, vel plane expressa prædefuncti voluntate, pro revocato haberi debeat. Ex quo ita laudati Domini Francofurtenses: Zum vierten würde man nicht unbillig fragen/ wo es doch herkennen/ daß die selige Frau ihre liebe Eltern/ von denen sie doch wohl erzogen/ und herrlich ausgesteuert worden/ Sie auch ihre Eltern in allwege geliebet/ und kei- ne einige Ursach gehabt/ ihren Herrn Vatter mit der blessem Legitima abzuweisen/ und zwar nicht ihren Eheheren allein/ sondern eventua-
litier auch ihre Stieffinder/ in der übrigen Verlassenschaft/ zu erben einzuführen? Keine andere Ursach kan gegeben werden/ als daß Sie so stattlich in seinem Testament versehen worden; das ist eben die Causa principalis, oder finalis, wie die Jcti reden. Aber diese Causa finalis hat gefehlet/ Testamentum mariti ist von dessen Herrn Söhnen impugniert worden/ und hat Sie/ per transactionem, ein gutes Theil dessen/ was Ihr vermachte/ fallen lassen müssen: Causa autem finalis institutionis ubi corruuit, ipsa institutio corruuit. Dann NB. ohne Zweifel/ daferne die selige Frau wissen sollen/ daß ihres Herrn Testament von den Söhnen umgestossen/ und das ihrige zum Theil zu Wasser gemacht werden sollte/ Sie dieselbe zu Erben einzusehen keine Ursach gehabt hätte. Zum sechsten ist bey uns kein Zweifel/ wann die selige Frau Erblasserin/ bey Auf-richtung des Testaments/ wäre befragt worden/ ob Sie dieses ihr Testament für gültig halten wolle/ obsehn ihres Eheheren unkräftig? Sie mit nein würde geantwortet haben. Hoc igitur pro expesso habendum. Und synd die Söhne wohl versichert/ wann Parentis testamentum nicht vorher gegangen/ daß Novitiae

D

testa-



testamentum nicht also gefallen wäre. Zum neunten ob schon diese opinio, quod, si superstes Coniux testamentum pro parte sua revocet, defuncti tamen testamentum ipsius morte confirmatum maneat, von den meisten DDBus bejahet wird; so beruhet doch dieselbe auf schwachen Füssen und wäre vielleicht die contraria sententia denen Rechten und dem letzten Willen des verstorbenen Testierers viel ähulicher. Si enim defunctus suam ultimam voluntatem posset exprimere, utique, cum Vidua suum testamentum, cum amore conjugali, mutaverit, procul dubio mallet, si possit, suum testamentum etiam revocare, cum negari non possit, testamentum defuncti, contemplatione testamenti uxoris, factum fuisse. Et licet Uxor non semper injuriam inferat defuncto, reciprocum testam. mutando, spem tamen ejus frustratur & causam testamenti finalē evertit, & vult frui beneficiā mariti; sed contra voluntatē ejus prae sumptam, quæ aliqualis species injuria dici potest. ap. Dn. Brunnem. d. consil. 38. num. 20. 23. 26. 27. 29. & 30.

Ad secundum, quodd nomen testamenti correspactivi in nullo tx. expressum occurrat, brevissimē reponimus, quod in libris nostris talia non sint infrequentia; advertente Bachovio, ad Treutl. vol. I. D. 8. th. 4. lit. A. ad verba: *Exque vel juris, vel facti.* & B. Lauterbachio, in Coll. π. ad iv. de his, qui not. infam. th. 5. Quād infirmum verò sit hoc argumentandi genus, pro aliis sexcentis vel hoc solum evincit, quod etiam de illo simulo neo testamento, quod vel Conjuges, vel alii, in unā chartā, vel actu conficiunt, nullum pariter in LLb. offendamus vestigium, & hoc tamen obstante illud universalis approbaverit Praxis. Vinn. ad §. 13. num. 1. Inst. de testam. ordin.

Tertium plus speciei habere videtur. Verūm etiam ad il lud ita breviter respondemus, quod longè sit aliud, si Testator ejusmodi promissioni sui Conjugis, vel alterius Contestatoris, de non amplius revocando testamento confusis, reciprocum cum illo

1466.

27.

illo testamentum conficiat, & aliud, si sine tali promissione, testamentum eum altero simultaneum ita condat, ut verbis expressis, vel æquipollentibus, sui animi sententiam manifestè declaret, quòd, si alter testamentum suum, ipsò vivò, vel jam mortuò, revocare ausurus sit, etiam suum testamentum, quod ipse, rebus sic stantibus, confecit, ipse pro revocato habere velit, sive prorsus intestatus decadere malit. In priore namque casu testator nil aliud in oculis habet, quam Contestatoris sui juratam vel simplicem promissionem de non amplius revocando illo mutuo testamento, atque ita, dum sibi ipse persuadet, illum suam voluntatem, vi issius promissi, praesertim jurati, revocare non posse, vel non revocaturum benignè confidit, vel in juris apertissimo errore hæret, vel sciens prudens, quòd talis promissio nullius momenti sit, ei tamen confidit, & proinde sibi ipsi imputare hoc debet, si non tam à suo contestatore, quam à seipso, propriètate stultitia, (prout Juris ignorantiam appellat *Lex penult. §. 5. vers. Quod si id est. ff. de jur. & facti ignor.*) vel in haec tenus propenso; at nullatenus obligabili; sed ad ultimum usque spiritum ambulatorio sui Contestatoris erga ipsum affectu positâ nimia confidentia, postea decipiatur; non memor videlicet illius tristissimi, & sèpè tristissimi, quòd facile credens facile decipiatur, & quòd nimia fiducia maximæ calamitati soleat esse. Eccles. 19. vers. 4. *Æmil. Probus, in Pelopida.* Ei verò, qui tali correspèctivum testamen- tum confecit, sive suam voluntatem vel explicitis plane verbis, vel tantundem valentibus significavit, quòd in casum, si alter voluntatem mutayerit, ipse prorsus intestatus decadere malit, atque ita illos sibi successores ordinare, quos & ipsa Lex naturæ, & omnium prudentum responsa faciunt, verbo Imp. in L. fin. Cod. quor. honor. neque aliquis error juris, neque nimia crudelitas obverti potest; sed, ut ille, quiv. c. heredem sub condicione instituit, in casum illius deficientis, de ademptione hereditatis & testamenti revocatione cogitasse intelligitur, L. 27. in fin. de

D 2

con-

condit. insit. ita etiam de talibz correspctivi testamenti conditore planè idem judicium ferendum venit.

XV. Restat ergo, ut dicamus, quod etiam talium correspctivorum testamentorum Causa efficiens remota sit eadem, quæ etiam cuiuslibet alterius testamenti.

Causæ minùs principales, seu impulsivæ, quæ Testatores ad ordinandas tales correspctivas dispositiones impellunt & movent, possunt varia esse. Communissima causa, quæ plerumque hujusmodi. dispositionibus ansam præbet, est mutua Contestatorum, sive illi sint Conjuges, sive Fratres, sive alii, affectio & dilectio, dum videlicet illi, qui individuam vitæ consuetudinem, utriusque fortunæ, tunc novercantis, tunc faventis participem, per plura fortasse annos inter se aluerunt, vel arctissimo invicem Cognitionis, aut impensa amicitiae vinculo connexi, sua bona, quæ ipsi in morte deférunt, alter alteri potius quam heredibus legitimis, primo loco & gradu, ac tunc denum, si etiam alteri supervivens suo tempore moriatur, utriusque Cognatis obvenire exoptat: Ex quo vulgo in mutuis Conjugum testamentis tali formula utuntur, daß Sie reifflich erwogen/was für grosse Lieb und Treu ein jeder Ehegatt/in Zeit für gewährten Ehestands/ von dem andern genossen/ derwegen sie hic mit ic. Prout etiam duos Fratres contestatores aliquando hac formulâ, in suo testamento, iudicio contradicitorio subiecto, ius vidimus: Als haben wir beyde Johannes, und Claudius, aus trægend herz-brüderlicher Liebe gegen einander uns entschlossen/ in uno actu ein mutuum testamentum aufzurichten; allermassen ich Johannes, meinen lieben Bruder Claudius, so fern ich vor ihm dieses Zeittliche gesegnen würde/ zu meinem einigen und universal-Erben instituire / und hinwider auch ich Claudius &c. Conferat. Amat. Dunozettus, d. Decis. 756. num. 3. ibi: Ex mutua affectione.

Ubi tñ. serio observari meretur, quod haec mutua affectio, seu propensio & dilectio, non tam eo respectu, talis Dispositionis, in

1403.

33(29.)

in quantum illa est **correspective**, quām eatenū tantū, quātenuis illa plerumque etiam **vicissitudinaria** seu **reciproca** est, vera causa impulsiva sit: Nisi enim aliudē de contestatorum sententiā & mente, quod ipsorum dispositio debeat **correspective** esse, ac proindē, eādem ab alterutro revocatā, illa etiam quoad alterum pro revocata haberi debeat, satis clarē appareat, tunc illa Ratio arcta Cognitionis, vel Connubialis dilectionis, vel fraternæ charitatis potius **Corresponditatem** excludit, quām stabilit, itā nempe, ut, licet testamentum reciprocum ab alterutro Fratre, Agnato, vel Conjuge, ex postfacto revocetur, illud tamen quoad alterum, præprimis ob tale arctissimum vinculum, pro similiter revocato reputari non debeat; ut in puncto advertit Amatus Dunozettus, d. Decis. 756. num. 7. in verbis: *Corresponditatis ratio eo magis cessat inter Fratres, ob sanguinis conjunctionem, & inde resultantem presumptiōnem affectionis.* Guilielm. Dunozettus, d. Decis. 298. ibi: *Idque facilius dixerunt Domini procedere debere in dispositione duorum Fratrum, qui censendi sunt se instituisse vicissim ratione mutuae affectionis, & ut Bona perpetuarent in agnatione:* Quae ratio affectionis erga Fratrem & Agnationem non penderet ab intereste vicissitudinaria institutionis; itā, revocatā unā, non potest dici sublata altera, Idem, Decis. 218. num. 25. & 26. verbis: *Non posse dici captatorias institutiones, quas similis affectio & mutuā testantium voluntas, sine ullā calliditate, provocavit, & itā cessat prætensa Corresponditatis &c.*

De cætero variae incidere possunt Causæ ad ejusmodi corresponditam dispositionem specialiter moventes, verbi grat. Bonorum in Familia Conservatio, quæ ut obtineatur, sàpè Contestatores talem clausulam adjiciunt, quod, si alter ex illis voluntatem mutaverit, omnes institutiones & substitutiones ab ipsis factæ pro revocatis, imò ipso jure nullis haberi debeat: de quo Steph. Gratianus, *Discept. forens. cap. 908. Provisio Lib-*

D 3

rorum,

rorum, ex iisdem vel diversis nuptiis oriundorum: Qualem causum operose exequitur Faber, d. *Errore 4. & 5. & in Cod. Sabaud. d. Def. 18.* *Flos & Splendor Familiae per correspективam Majoratus in illa inductionem;* de quâ Pelaez à Mieres, de majoratu, part. 1. Q. 23. Joh. Del Castillo, *quotid. controv. part. 2. cap. 18. num. 23.* & aliae confimiles.

XVI. Causa efficiens proxima est Voluntas vel plurimum Personarum, plerumque simul, sive uno eodemque actu testamentum, legitimè declarata, & correspeditiva.

Primo itaque requirimus Voluntatem testamentum; quippe quæ universim cuiuscunque Testamenti & supremi elegii causam efficientem notoriè constituit, sic, ut inde testamentum, quod sit nostræ voluntatis justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, Modestinus definit, in L. 1. qui T. fac. poss.

Et cùm omne testamentum correspективum, juxta ipsum nativum istius vocabuli significatum, inter duo testamenta, quæ in quolibet mutuo seu reciproco testamento revera continentur, Mev. d. art. 10. num. 19. ibi: *Ideò nec duorum unum; sed duplex testamentum est.* Marta Neapolit. *Dig. noviss. tom. 5. tit. Testamentum. cap. 5.* Christianus, *Dec. Belgic. vol. 4. Dec. 12. num. 1.* Fichard. vol. 2. consl. 76. ubi, ita DDres communiter tenere, scribit. Brunemann. *consl. 38. num. 2.* Faber, d. tit. 5. D. 18. n. 2. Merckelbach, apud Klock. tom. 2. consl. 10. num. 21. Addat. omnino Dn. Praeses, d. consl. 54. num. 298. & seqq. sive duas morientium supremas Voluntates, reciprocum seu mutuum, & adeò arctè connexivum respectum alat, ut alterum alterius contemplatione, respectu, & causa fiat; quare ultrò hinc sequitur, quod, Secundò, ad minimum **duæ Personæ** necessariae sint, ut de illis prædicari queat, ipsas tale testamentum inter se condidisse. Ubi, siquidem illud, quod ut plurimum fit, in eadem membrana sive charta condatur, vel duo simul, mediante simultaneâ nuncupatione, sese invi-

1470.

¶ 31. ¶

invicem heredes ex aſſe nuncupent, & , post obitum ultimi, etiam
alios ſubſtituant, illa inter Noſtrates vexatillima Q. hic vel verbo
tangenda venit : Utrum pluribus Personis ſuam ultimam
voluntatem in unum codicem confeſſare liceat, ſeu ſu-
prema in unius chartæ volumine ordinare, ſepetenariō
corundem testium numerō adhibito, eodemque con-
textu & Solennitate ? Quæ tametſia Vinnio, Viglio, Hoto-
manno, Pichardo, aliisque compluribus negatiōe decidatur; ad
§. 13. Inſt. de T. ord. quorum etiam ſententiæ plena manu ſubſcri-
bit Franc. Sarmiento, ſelect. interpr. lib. 2. cap. 4. num. 3. tamen
non ſolum ſpeciosis iſlorum argumentis jam pridem ſatisfecit
Bened. Pinellus, ſelect. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 17. & mult.
ſqq. & Petr. Peckius, de T. C. lib. 1. cap. 19. ſed & omnes fatentur,
quod affirmativam tritura Fori amplexetur ubique. Vinn. ad d.
§. 13. num. 1. Videat. Maynard. Dec. Tholof. lib. 5. Dec. 97. num. 2.
Gail. 2. O. 117. Mev. d. L. Befold. conf. 121. Finckelthaus, Obſ. 90.
Ant. de Gamma, Decif. 258. Claud. de Mean, in Dec. Leod. Obſ. 47.
Christinaeus, Dec. Belg. vol. 4. Dec. 12. Brunneſmann. conf. 21. Petr.
Pacionus, in Alleg. jur. Crv. & Canon. Allegat. 12. num. 21. Joh.
Del Castillo, quotid. controv. part. 2. cap. 18. num. 6. ubi ſcribit,
hoc commune DDrum eſſe placitum. Alvar. Valascus, consult. 7.
num. 1. ubi dicit, hoc in Praxi indubitanter receptum eſſe.

XVII. Poſſunt igitū due, vel tres Personæ, imò etiam
plures ſimul teſtari. Fürſl. Würtemb. L. R. part. 3. tit. 7. §.
Was nun alſo hie oben, in verbis: Daſſ ſoll auch auf den Fall/ da-
von andern zweyen/ oder mehreren Persohnen, Admiſſio n.hoc,
quod due Personæ in una charta teſtari poſſint, neceſſariō etiam
pluriū in eadem membrana teſtantium conjuſtione admitt-
tere cogimur; adverteſſe Pinello, cit. loc. §. 38. Sive illiſint Con-
juſtes; quibus iſte teſtandi modus, p̄e aliis, ſolennis eſt. Land R.
d. tit. 7. princip. in verbis: Denen Eheleuthen frey geſtellt/ daſſ Iha-
rer jedes allein und abſonderlich/ oder beyde zumahl/ mit einander in
einem

einem actu mündlich/ oder sämpelich in einer Schrift testiren mögen.
 Addat. L. i. in Cod. Theodos. de testam. quæ de quadam reciproca
 Leontii & Jocundæ institutione cum elogio loquitur: post Peck.
 Connan. Valase. à Gamma , Pinellus, d. l. §. 15. & 39. ubi dicit, in
 Conjugibus hoc tanto facilis admittendum ex eo, quod ipsi sint
 duo in carne una, siveque divina domus. Besold. d. consl. 121.
 Autor consl. Gailii, part. 3. consl. 28. num. 1. & in numeri passim
 alii. Sive duæ , vel plures, Sorores, aut Fratres ; Besold. d.
 consl. 121. n. 22. ibi : Quod & fit , cùm Fratres. Guil. Dunozett.
 Dec. 298. num. 10. ibi : Quemlibet ex fratribus. & per tot. Gra-
 tian. D. F. cap. 908. num. 2. illic : Sunus in correspœctivo duorum
 Fratrum. Valsquius, de success. resol. lib. 1. §. 1. num. 10. Sive
 Frater & Soror ; Amat. Dunozett. Detif. 756. Cardin. de Luca,
 Dis. de legat. 32. num. 4. Sive Socii; Besold, d. consl. 121. num.
 22. ibi : Quod & fit , cùm Fratres, vel Socii, duo pluresve. Sive
 alii Quicunque. R. d. §. Was nun also. ibi : Das soll auch auf
 den Fall/ da von andern/ zweyen/ oder mehreren Personen/ die/
 auf vorgemeldte weis/ sämpelich testire wolten/ verstanden werden.
 post Bartol. Bald. Salycet. Castres. Jason. Alciat. & alios , Peregrinus,
 de fideicom. artic. 33. num. 62. Bened. Pinellus, d. cap. 10.
 §. 16. ibi : Quod quilibet duo . Qui tn. in §. 57. & 58. ferè periculo-
 sum putat, duorum plurimv in eadem membrana vel charta
 testantium mutuas institutiones promiscuè admitti , & proinde
 hoc ad illos, quos inter vel sanguinis, vel amicitiae conjunctio
 intercedit , restringendum existimat. Sive item hujusmodi si-
 multanea testatio in eadem Scriptura , membrana, vel
 Charta fiat, sive eadem Nuncupatione ; & d. §. Was nun
 also. ibi : In einem nuncupatio oder schriftlichen Testamente juncto
 princip. ejusd. tit. Addat. Vigl. ad d. §. 13. num. 2. J. de T. ordin.
 & ad §. Igitur. num. 2. J. de P. S. Pinell. d. l. §. 38. Quod Barto-
 lus dixit, in uno convocio, notante Peckio , d. cap. 19. num. 3. in
 fin. & Paciono , d. Alleg. num. 2. Nam quod etiam pluribus simul
 testan-

testantibus una Ordinationis Solennitas sufficiat, & de illa
cujuslibet testatoris Dispositio in solidum participet; modò Testes
ab utrōque Contestatorum specialiter rogati , utriusque testa-
menti nomine subscriptibant & subsignient, plena manu deducit
Ampliss. Facultas, apud Dn. Præsidem , consl. 54. num. 301. &
mult. sqq.

Ex quo nec de eo quidquam dubii nos tenet, quod ejusmo-
di Testam. correspondivum sub implicitā & quē seu relativā, quām
in forma explicitae nuncupationis , confici valeat. Quò fa-
ciunt tradita Ampliss. Facultatis apud Dn. Præsidem, in tract.
academ. de succession. part. 2. pag. 1334. num. 107. & sq.

Hōcipsō verbō, quod ad tale Testam. correspondivum duarum
ad minimum personarum voluntatem necessariam dicimus , id
ab eo cum primis testamento distinguimus, quod v. grat. Maritus
solus non saltem de suis, verū etiam de Uxorū, specialiter con-
sensum accommodantis , facultatibus ordinat : de quo suprà in
§. 12. ex Dībus plura jam prælibavimus. Et quid inter haec duo
(si omnino hanc ultimum testandi modum supponere fas est) dif-
ferentia intercedat, benè annotat Samson Herzog, im Unterricht
von Testamenteu, tis. 3. Q. 25. in verbis : Multum artem refert,
an Maritus de consensu uxoris (Quo casu unum est testamen-
tum) testetur , vel an Uxor & Maritus simul (Quo casu duo
sunt testamenta) testamentum condat : Quia primo in casu te-
stamentum non potest per illum, qui semel consensit, revocari; sed
in casu secundo potest per superfite pro sua parte revocari. Idem
quia, primo in casu, defuncto testatore, debetur ex integro Lega-
tum per eum relatum, etiam eō, qui semel consensit, pœnitente,
vel consensum revocante : Sed, secundo casu, uno decedente &
superfite pœnitente, debetur solum medietas ejus, quod per am-
bos relatum fuit. Everhard. consl. 12. Quæ quotidiū in Præctica
occurrentia notanda. Hucusque ille.

XVIII. Tertiō oportet, ut ista Voluntas duorum plu-

riumve simili testantium sit legitime delarata. Ubi illa communia, quæ tam ad Testamenti, quam ad Codicillaris, vel alterius ultimæ Dispositionis legalitatem, tum in specie ratione ipsius Causæ efficientis, quod videlicet requiratur Voluntas ab ipsis Contestatoribus præsentibus declarata, perfecta, libera, non erronea, scilicet, puta ubi Solennia ad Formam testandi, quæ utuntur, requiruntur; tum quæ habilitatem Personarum testantium, tum respectu Subjecti, itemque Objecti, necessaria sunt, ceu ubivis obvia, merito præterimus. Illud saltem, ut in circa præsentis subtilissimæ materia maneamus, in istius requisiti examine tangendum: Si ejusmodi testam. correspœct. quo ad alterum ve d aliquis defectus. Primo, ratione Causæ efficientis, quod videlicet alter Coniux non habeat activam testamenti factionem, vel quod ille vi metuque, tametsi ab alio, quam Contestatore, compulsus fuerit; vel quod suâ voluntate non perfecte, coram testibus, vel apud Acta Judicij declarata, facto abripiatur; vel 2do, Subjecti, quod, ex. causa, Pater suum ex primo thoro heredem præterierit, vel non ritè & legitime exheredita verit, vel alteruter Contestator, solenne cum altero testam entum facturus, omnino nullum instituerit heredem; vel, 3to, Objecti, quod, ex. causa, Uxor suum Maritum in Dote pro secessit, & ad Patrem reversurâ, sicut re alienâ heredem instituit; vel, 4to, Formæ, si vel non coram Judge, sed solummodo uno vel altero Scabinâ, vel coram minore, quam Statuta desiderant, Scabinorum numero, vel absente, ubi ille per Loci Statuta presens esse debuisset, Judicij Actuariorum, supremæ voluntatis declaratio peragatur; vel denique Maritus quidem apud Acta Judicij ipsomet prefens, verum Uxor è contrâ duntaxat per literas, mandatarium, vel nuncium, suæ mentis postremum judicium publicaverit, si, inquam, vel talis, vel aliis consimilis, quoad unum Testatorem, defectus compareat, utrum totus complexus

1474.

35. 180

Testam. hujusmodi correspctivi, ob ejusmodi defec-
tum saltem unilateralē, nullitate laboret? Ita sanē in
terminis, in tali casu, quo Conjurū conjugem, in rebus alienis,
heredem instituit, sensit inclita Facultas Francovadana, apud
Dn. Brunnemann. consil. 38. num. 21. ubi ita: Und ob zwar nicht oh-
ne daß die beyde Testamente, ob sie schon in einem Papier beschrie-
ben gesiegelt / damoch pro duobus testamentis zu halten seyn; secun-
dum quid etiam pro uno testam. habenda: Nam pro uno ha-
bentur, quatenus de valore atuue efficacia eorum igitur.
Destruuntur enim valore omni, si quod vitium ex parte
unius irrepserit, quō ipso jure Testamentum nullum
aut inutile fit. Ex quo etiam in casu, quō Comitis eiusdem
mariti testamentum, hāc de causā, quodd ipse, quoad suas facul-
tates, pro parte testatus, pro parte vero intestatus decesserit,
contra regulam Legis 7. de R. Jur. etiam de Uxorū Comitissē te-
stamento, quae de suā substanciali rite fuerat testata, ita indubitan-
ter Fridericus Pruckmannus: Nec oberit, inquit, etiam si dixeris:
Hunc defectum, in testamento mariti apparentem, testamento
uxoris nil quicquam nocere posse. Testamenta enim mariti &
uxoris, secundum quid, pro duobus; secundum quid rursus
pro uno habentur. Et quidem pro uno, quatenus de valore &
efficacia eorum agitur. Destruuntur enim effectu & valore
omni, si quod vitium, ex parte unius, testamentum irrepserit;
quō, ipso jure testamentum nullum & inutile fit; per tradita Bar-
toli, Castrensis, Baldi, Cumani, Job. de Imola. Nam vero (per-
gitille) incertum non est, quod pro parte testatum, pro parte vero
intestatum quem deceare, tale sit vitium, per quod testamentum
ipso jure cadit. Mirandum itaque non erit, si istiusmodi defectus
vires suas usque ad testamentum uxorū extendat, & illud simul
optato fine carere faciat. vol. 1. consil. 1. n. 58. cum sqq. Ettametsi
celeberrima hujus Loci Facultas, regulariter hanc Pruckmanni
& Brunnemann sententiam haud sequatur, sed potius per Regu-
lam adstruere non dubitet, quod, tametsi unius contestantis elo-

gium, quacunque de causa, injustum, nullum, vel irritum sit; tam
en alterum valeat, ex doctrina Pinelli, d. cap. 10. §. 23. Alph.
de Azevedo, cons. 3. num. 3. post Peccium, Mevii, ad J. L. part. 2.
tit. 1. art. 10. num. 23. Ant. Gammae, Decis. Lusitan. 231. num. ult.
Marii Giurbae, ad Consuetud. Messanensi. cap. 13. glossa 10. part. 1.
num. 15. Tuschi, lit. T. concil. 138. num. 4. Gailii, part. 3. consil. 28.
num. 4. in verbis: Das auch eines ohne das andere bestehen möge.
Beßoldi, consil. 121. num. 23. B. Dn. D. Bardili, de revocat. II. Vol.
th. 30. fere in med. & per ea, quæ sollicité in plurib. Refpp. de his
exhibit Magnificus Dn. Praeses, vol. 4. consil. 54. imprimitur num.
312. & mult. sqq. ubi etiam latè ad évanio Φαρα. nec non in tract.
Academ. de succession. part. 2. pag. 1309. th. 55. Tamen aliud in
casibus, si ejusmodi reciproca sive mutua testamenta etiam corre-
spective sint, vel ex eo, dicendum esse nobis videtur, quod, unde
ex correspondientibus sublati, etiam alterum corruat, tollatur & pe-
reat: prout istam sententiam suam pariter fecerunt celeberrimi
Domini Antecessores, apud Dn. Præsidem, d. consil. 54. num. 350.
junctis ibi precedentibus.

XIX. Quartò denique requiritur, ut ista Voluntas sit **cor-**
respective; ita nempe, ut, quemadmodum in contractibus vel
aliis negotiis inter vivos **Consensum correlative**, dum
videlicet unus consentit in hoc, contemplatione consensus alte-
rius in aliud negotium, inter duo hæc negotia, sive duos contra-
etus, correspondientiam inducere intelligitur; prout optimè de
his differit Cœlius Bichius, in *Dec. Rot. & Rom. Decis. 410. num. 29.*
ita etiam in proposito voluntates duorum non saltem vulgarem
seu qualemqualem, sed tam arctè contextum ad se invicem respe-
ctum habere debent, ut vel ex disertis disponentium verbis, vel
circumstantiis in ejusmodi simultaneo testamento occurribus,
satis clarè patescat, conditores ejusmodi dispositionis eandem
non aliter, hoc ipsò modō, quod eandem adornarunt, condituros
fuisse, quam si illa utrinque inviolabiliter custodiretur, sique alt-

1476.

33(37.)30

ter alterius intuitu, causa atque contemplatione consecuta fuerit. Anton. Faber, d. Def. 18. num. 13. ibi: Negari non posse, quin alterum alterius contemplatione factum fuisset, & ut nostri loquuntur, quin correspectiva essent. Siquidem apertum est, neutrum ex conjugibus ita testaturum fuisse, si de bonis suis solus testatus fuisset. Guil. Dunozett, d. Decis. 298. num. 10. in verbis: Ut conjectura correspectivitatis concludat, opus esset, constare, quemlibet ex Fratribus motum fuisse ad disponendum eà sola ratione, quia vicissim ab alio fratre instituebatur. & num. 12. ibi: Ita demum defectus Cause facit cessare ultimam dispositionem, si probetur, Testatorem alias, sine illa, dispositionem non fecisse. Brunemann. consil. 38. num. 29. ibi: Sed si defunctus possit suam voluntatem ultimam exprimere, utique, cum Vidua suum testamentum cum amore conjugaliter mutaverit, procul dubio mallet, si posset, suum testamentum etiam revocare.

XX. Ita vero Voluntas, vel expressè declaratur, vel saltem tacite, sive verbis vel expressis, vel aequipollentibus; ut in primis advertit Amatus Dunozettus, d. Decis. 756. num. 8. & 9. in verbis, cùm in paucorum manibus sit, relatu haud indignis; Nec visa fuit applicari limitatio hujus communis sententiae, respectu Casus, quando ad tales institutiones deventum fuerit per modum Pacti, unde colligitur, eas non processisse ex mutua affectione, sed correspective ad testamentum alterutrius, ita, ut unā revocata evanescat altera, sive tanquam ratione correspectivatis, sive tanquam cessante causa, ob quam emanavit: quoniam nulla in presenti intercessit conventio ipsorum testantium expressa &c. Prout neque meretur allegari Pactio saltem tacita, quam pariter existimarent pro limitanda eadem communis sententia &c.

Expressè declaratur hujusmodi Voluntas correspectiva, verbi grat. Primo, si Contestatores suo mutuo testamento talen Clausulam adjicient, quodd, in casum, si alteruter, vel

superstite adhuc altero , vel jamjam defuncto , voluntatem mutaverit , etiam sua voluntas pro revocari haberet debeat : Vel quod idem est , si dixerint : Quod , in casum voluntatis ab alio mutatae , omnes institutiones & substitutiones ab ipsis jam factae , pro ipso jure nullis , vel revocatis haberi debeant : Qualem calum in terminis exequitur Gratianus , *Discept. forens. cap. 90. num. 5. & sqq.* ubi primum sententiam Cardin. Seraphini de Seraphinis , *Dec. 35. num. 22.* arbitrati , quod per Clausulam proxime relatam , quod , si per aliquem ex contestatoribus contigerit testamentum revocari vel mutari , tunc institutiones & substitutiones factae ad favorem filiorum & descendientium alterius sint ipso jure nulla , auferatur facultas pro libitu testandi , eruditè retundit , & sub *num. 11.* rectissimè addit , quod tali in casu nulla deceptio contingere possit , cum Partes , in eventum revocationis , sibi prospexerint , quod omnes institutiones & substitutiones essent ipso jure nulla .

Secundò , in casu , si Uxor , unicam Filiam habens , hanc quidem heredem ex ase instituat ; sed unicum sui mariti Filium ex prioribus nuptiis eidem substituat , eà lege , si Maritus suo etiam Filio , ipsius Filiam , in suis tabulis , pariter substituerit , wann ihr Ehemann hinwider auch ihre Tochter/ seinem eigenen Sohn/ in seinem Testament zum Aßster-Erben eingesetzt habe/ atque ita non sub verbis futuri temporis , wosfern er meine Tochter gleichfalls einsehen wird / ceu expressam pecuniae conjugalis captationem involventibus ; (Jungant , DDr. ad L. 70. ff. de hered. infit.) verum temporis præteriti : prout convenienter Legi 70. & 72. ff. de hered. infit. decisum Struvii benè accipi potest , exerc. ad π. 32. th. 42. ibi : At si Coniux expresse adiudicet illam conditionem , tunc utique alterum illi stare debere (intellige hypotheticè , nisi malit , etiam alterum simul corrue) nos existimamus : junctis illis , que tradit Peregrin. de fidic. artic. 33. num. 6. ubi idem & tunc obtinere pronuntiat , si quis ita disponat : Si

Frater

1478.

¶ 39. ¶

Frater meus in suo testamento, in favorem meorum Libb. fideicommissum constituit, ego etiam sic consti-
tuo in favorem liberorum mei fratris &c. Menoch. *cons. 408.*
num. 2. Surdus, *Decis. 98. num. 4.* ibique Hodierna, in addit. Amat.
Dunozett. *Decis. 756. num. 4.* Ant. Faber, in *Cod. Sabaud.* lib. 6.
tit. 6. D. 11. *in fin.* Franc. de Barry, de *success. test.* & *intest.* lib. 2.
tit. 5. num. 7.

Ad eandem classem, Tertiò, etiam illud referimus, quodd,
si vel Conjuges, vel alii Duo, inter se paciscantur, quod al-
ter alterum testamento heredem instituere debeat, alterò
placita hujus paeti non adimplente, testamentum alterius, quoad
illum, similiter pro non condito habendum sit: eo quod in hunc
casum illius voluntas omnino deficiat, & in ultimis voluntatibus,
qua reciprocationem habent, æquè ac in hujusmodi conventio-
nibus, semper illa conditio censeatur adjuncta, nisi aliud accide-
rit alterius culpa; & talia testamenta correspedita habeantur pro
uno, hincque uno non secutò, vel non servatò, nec alterum ser-
vari æquitati convéniat; ut in puncto definiunt B. Magirus, &
Christoph. Besoldus, in *Conf. Tubing.* part. 3. *cons. 121. num. 5.*
cum sqq. & num. 28. ubi plures Rationes videri possunt. Heeser.
d. part. 2. Loco 11. num. 138. Addat. Peck. de *T. C. lib. 1. cap. 44. n.*
4. & sqq. post Baldum, Cumānum, & Jasonem, Gilkenius, ad
L. 19. num. 4. & sibi: An in ipsa institutione hac causa expressa
fit, & tunc institutio alterius vitiatitur. Nec his obstat *L. ult. Cod.*
de paet. & exilla notata à Roderico Suaresio, ad *L. Quoniam in*
prioribus, in declarat. Leg. Regni. num. 11. pag. nob. 436.

Sed &, si, Quarto, duo Conjuges, in una nuncupatio-
ne, sed relativâ, sive implicitâ, sub verbis præsentis tem-
poris, se ipsis invicem, &, in casum, si etiam ultimus moriatur,
utriusque Cognatos, hoc modo instituant: Wann mein Ehegatt
in seiner verschloßnen Scheda, mich zum Erben einsetzt und auf bey-
der ableiben sein Vermögen auf unsere beydersitzige nächste Anver-
wande

wandtē fallen lassen will/ so will ich es auch mit meiner Verlassenheit auf gleiche Weise gehalten haben/ nulli sanè dubitamus, quin haec dispositio, tūm ob occultationem voluntatis Utriusque, tūm ob improprietatem hujus Conditionis, eū in præsens, non futurum tempus directæ, non captatoria, & ideò valida; sed tamen & ipsa correctiva sit. Jungat. L. 10. §. 1. de condit. insitit. l. 3. §. 13. de bon. libert. L. 120. d. V. obl. §. 6. J. eod. Barry, de success. test. & intest. lib. 2. tit. 5. num. 7. in fin. ibi: Non sunt captatoria institutiones, cum duis se invicem instituant, vel iisdem tabulis, vel diversis: Neque enim illa harum dispositionum confertur in futurum; sed utraque fit in præsenti.

Quinto nulli dubitamus, quin idem judicium tunc quoque ferendum sit, si Conjuges jamjam in Paqtis dotalibus, ad modum supremæ voluntatis confessis, sive revocabilibus, sese invicem heredes exesse instituerint, & postmodò quilibet, multis lustris, vel annis a se invicem separata, Testamenta confiant, & dicant: Wann mein Mann (wann mein Weib) bey deren/in unserer Eheberedung längst beliebten/reciproca institutio-ne es bewenden lassen wird/ so solle Er/Sie/in krafft dieses meines Testaments/ auch zu meinen universal Erben nochmahlen ernauht seyn.

Sexto idem dicendum, si Contestatores etiam alia Legē vel Conditione expressā, in casum voluntatis ab altero mutatae, suis liberis, vel aliis heredibus prospexerint: prout ipse Carpzovius lubenter admittit, J. F. part. 3. C. 7. D. 21. Quamvis enim certum sit, quod nemō, ad certum heredem scribendum, ullā conventione adstringi valeat, nec facultas testatori suam voluntatem pro arbitrio mutandi auferri valeat, tamen non ambigendum, quin uterque Contestator, in casum, si alter voluntatem mutaverit, suam etiam voluntatem pro libitu revocare, & quod illa pro revocata haberi debeat, ordinare, immo etiam fructus suæ hereditatis, multis annis, à superstitio conjugi perceptos ei

ei rursù adimere, vel plenariam illorum restitutionem injungere valeat; prout plenè & benè hanc in rem commentatur Johann Del Castillo, quotid. controv. part. 2. cap. 18. num. 24. 66. § 70. ubi latè statuminat, quòd, si talis Dispositio, vel expressè, vel tacitè annexam habeat Conditionem, vel Modum, tunc illà, vel hòc, ex uno latere deficiente, dispositio etiam quoad alterum corruat. Faciunt, quæ tradit Alph. de Azevedo, confil. 3. num. 5.

XXI. Tacitè verò testamentum redditur correspectivum, si, Primo, duorum Conjugum Bona non diversim, seu seorsim, sed conjunctā & unicā dispositione, tanquam communia & non divisa Bona relinquantur, sicut mutua Conjugum institutioni haud raro hæc Clausula adjungi solet: Und wollen wir/ daß nach dessen/ so von uns zum letzten sterben wird/ tödtlichen Hintritt/ unsere Freunde unsere Güther unter sich theilen sollen. Tunc enim prorsus indubitatum reputatur, Matritum non aliter, quam contemplatione secum consentientis voluntatis uxoris, & vice versa etiam Uxorem non nisi intuitu voluntatis maritalis, sua pariter consonæ, ita dispositiæ, & dum utique non distincta; sed confusa Utriusque bone, Utriusque Propinquis relecta sunt, ei etiam non aliter, quam sub hoc respectu, communi consensu relictum Fideicommissum placuisse, adeoque Testamentum, hoc in casu, revera esse correspectivum. Cui consequens esse dicunt, quòd tunc quidem neutri Conjugi libertas testamentum pro sua parte revocandi adempta sit, neque, morte ipsorum alterutrius in sequente, etiam superviventis testamentum confirmetur: verum, si tamen alter, vel adhuc vivò alterò, vel jamjam defunctò, testamentum suum revocet, tunc etiam alterius testamentum in totum revocatum censendum sit; & proindè nullatenus existimatum, quasi Conjugis, testamentum pro sua parte revocantis, Consanguinei, ei, qui sine expressâ sui etiam testamenti revocatione, prior fato concessit, cum hujus Propinquis nihilominus succedant;

dant; sed ejusmodi Testamentum in totum expiret, prout nempe
juris est in omnibus actibus correspondivis, quorum uno corruen-
te etiam corruit alter; per inferius allegata in §. 37. Idque tanto
confirmatiū asserendum ex eo, quia tunc unusquisque Conjug
non solis suis, sed **utriusque heredibus**, nec de propriis tan-
tum, sed de **communibus, confusis & commixtis bonis**,
prospectum voluit. Unde satis dispalefcere arbitrantur DDres,
neutrū ipsorum hoc modo dispositurū fuisse, ut Heredes sui
Conjugis de suis quoque bonis quicquam participant, si non
viciū etiam sui Heredes de bonis alterius semīsem habitu-
ri, atque ita eodem planè jure censendi forent. Cessante vero
causa institutionis, ejus etiam causatum, ipsam institutionem, vel
substitutionem, tam fideicommissariam, quam directam cessare,
juris est apertissimi. L. ult. Cod. de inst. & substit. L. penult. Cod.
de impub. & al. substit. Tiraquell. tract. cessante causa. num. 116.
Et quando Testator aliquid disponit, etiam ipse hoc velle existi-
matur, rebus sic stantibus, & hāc correspondivā dispositione eodem
in statu perseverante. Alciat. tract. de presump. reg. 2. presump.
16. Et his ipsis in terminis absq[ue] hæsitatione ita definit ~~neq[ue]~~
~~et~~ Mevius, ad *Jus Lub. d. part. 2. tit. 1. artic. 10. n. 37. cum*
fqq. & cum illo decidit Supremum Vismariense Tribunal, in Dec.
part. 5. Dec. 15. Joh. Heeserus, de acq. conjug. part. 2. Loco 11.
num. 141. Idemque decisum etiam tali testamento, quo duo Con-
juges ita disposuerunt, das/ falls auch das lebende von Ihnen
aus dieser Welt/ ohne Leib- Erben/ oder eine in Rechten kräftige
disposition über die Verlassenschaft/ abscheiden würde/ solche/
nach Entrichtung der funeralien und passiv. Schulden/ in zwey
gleiche Theil gescheiden/ und ihrer Beyder nächste An-
verwandten/ jedersorts zur Helfste/ abgefölgt werden sollen
notabiliter applicuit celeberrima hujus Loci Facultas Juridica,
apud Dn. Praesidem, vol. 3. consl. 44. num. 87. & fqq. Itemque
in casu, quo duo nobiles Pomeraniae Conjuges, weyl. Henr. Sar-
charias

1482.

1482. 43. 1482

charias Friedrich von Gößen/ und Frau N. von Saldern ita sese in-
 vicem instituerunt, daß je eines das andere/ so zu erst würde sterben/
 ex esse beerben / und/ wann auch das andere ableiben würde/ das
 ganze Vermögen in eine Massam zusammen gestossen/
 und alsdann in zwey Theile/ zwischen beyderseits Erben/
 getheilt werden solle/ in Dn. Präsidis Consil. 45. num. 8. & sqq.
 & denud in alio , ubi ita cautum fuit: Dass auf des lebt - lebenden
 seeliges hinscheiden/ beyderseits nächste Anverwandte/ was
 von Ihrer beyder zusammen geschlagener Verlassenschaft
 noch übrig seyn werde/ in zween gleiche Theile vertheilen
 sollen/ ipse Dominus Praeses, in suis Responsis criminal. & civil.
 vol. 2. Resp. 28. num. 71. junctis ibi praecl. & subsqq. Vide tamen
 quæ tradit Sigismundus Finckelthaus, Obs. 90. num. 34. ibi
 Nicht absonderlich von demjenigen/ was einem jeden/ auf begebens
 den Fall/ zuständig gewesen ; sondern conjunctum mit zugleich
 von den gesampten Gütern aufgerichtet. junctis porro seqq.
 Itam vero sententiam beati Mevii nostram facere malumus, quam
 ut tali in casu, quando Duo, & præcipue Maritus & Uxor, simul
 testantur, & alter alterum heredem instituit, sub ipso hoc onere
 sive conditione, ut omnia ea Bona, quæ, post decepsum
 ultimi morientis , ex mutua ipsorum hereditate , uyt
 haer beider gemeenen Buedel/ supererunt, relinquantur
 huic aut illi , superviventem , postquam præmorientis heredita-
 tem adivit, illam mutuam voluntatem, etiam pro sua parte, im-
 mutare non posse, dicamus cum aliis, eà maximè ratione, quod
 mutuo quasi consensu utriusque Patrimonium consolidatum &
 ad unicum patrimonium redactum sit & unusquisque non sal-
 tem de suis , verum etiam de alterius sui contestatoris bonis, cum
 alterius consensu, sive ambo de utriusque bonis, reciprocè dispo-
 fuerint ; quam sententiam post alios operose propugnat Simon
 van Leuwen , Cens. forens. lib. 3, cap. II. num. 7. & sqq. Jacob.
 Cooren, in Obs. rer. judicat. Observ. II. & ab illis laudat.

F 2

XXII.

XXII. Secundò talis tacita Correspectivitas etiam illi testamento inesse censetur, si duo Conjuges, iisdem in tabulis, ità testentur, quòd ex Liberis communibus v. grat. soli Filii, in bonis paternis, & in bonis maternis etiam Filiae solae succedere debeant. Nam & tali in casu cuivis quidem Conjugi libera suum testamentum, quantum ad ejus Bona, revocandi facultas verissimè competit; sed tamen, si postmodò illorum alteruter voluntatem mutaverit, etiam alterum testamentum idèo revocari seu pro tali haberri necesse est, quia vix dubitari potest, quin hæc duo testamenta sint correspœdiiva, & eorum unumquodque, alterius causa atque contemplatione, isto modo confectum, cum & Pater & Mater, si seorsim testati essent, sive quilibet solus de sua familia disposuisset, procul dubio longè aliter testaturi fuissent. Quis enim hoc mente concipere possit, vel Patrem hōc modō, ut Filias à suo patrimonio in totum, vel Matrem, ut Filios à suo excluderet, sine altero conjuge testaturum fuisse? Annon facillimè fieri potest, ut Pater in tali simulacro testamento, ei, quem inter liberos impensissimè diligebat, de suo patrimonio, ideò, sciens prudens nil quidquam relinquat, quia scit, ei magis consultum fore per institutionem à Matre faratam, cujus bona suis propriis longè majoris seit estimationis? Et ut Mater vicissim nihil ex suis bonis dederit uni liberorum, cui tamen meliorem eorundem portionem datura fuisset, nisi illum à Patre longè opulentiore honoratam vidisset? Cùm itaque amborum Parentum testamenta ità correspœctivè se ad invicem habent, ut alterum ab altero pendere videatur, aliter esse non potest, quam ut unò mutantur etiam alterum simili reputetur mutantum, licet nulla expressæ mutationis afferatur probatio. Rectè quippe Alexander, in unaquaque tali dispositione, vulgarem illam clausulam; Rebus sic stantibus, (De quā multa notabilia, etiam quoad U. voluntates, nobis exhibet Joh. Del. Castillo, R. L. part. 4. cap. 59. num. II.) subintelligi scribit, ad L. 34. Cod. de trans-

action.

1484.

45.

nōtion. Videatur operosè & per aliquot casuum considerationem
hæc enucleans Faber, in tract. de errorib. pragmaticor. decad. 52.
Errore 4. 5. & 6. & in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. Def. 18. ubi tamen
non omnia in utroque loco obvia nostra facere possumus.

XXIII. Tertiò DDres talēm correspeditatē dispositio-
num etiam indē eliciunt, si duo Conjuges, vel alii duo Contesta-
tores, non solum simultaneā, uni chartæ inscriptā, dispositio-
ne utantur, verū̄ etiam mutuam suam institutionem **Conjun-**
ctim faciant, sive ita, ut non Maritum primū̄, & post illum
etiam Uxor, suam dispositionem, legatis & institutionibus sepa-
ratam declarat, sive alter tū̄m demū̄, ex quo alter universa suæ
ultimæ voluntatis capitula absolvit, quid etiam ipse post mor-
tem suam fieri velit, disponat; sed verbi grat. sub ejusmodi forma-
libus sese mutuò̄ instituant: *So haben wir beyde Eheleuth-
ungs/dergestalt/cines dem andern/zum Erben eingesetzt/
dass das lebt-lebende des zuerst sterbenden Gütter/als ein
Erbe/sich anmassen solle;* ut contendit David Mevius, d. artic. 10. num. 36. in verbis: *Secūs verò NB. non potest non esse,
si coniunctim, ut sépe sit, mutua institutio facta sit. Joh.
Heeserius, d. num. 141.* Tralatitium enim est, quòd conjuncta seu
connexa habeantur pro uno; Cap. Cum singula. 22. princip. de
prabend. in 6. L. 7. §. 2. de damno inf. eo quòd sint individua. Cra-
vetta, consil. 102. num. 1. Menoch. de arbitr. jud. Qq. lib. 2. casu
9. num. 5. & 9. Scaccia, de appellat. Q. 17. limit. 20. num. 26. ubi
dicit, connexa & individua pro iisdem reputari, & nihil contra
unum ex individuis fieri posse, quin & fiat contra alterum.

XXIV. Quarto idem tunc quoque obtinere scribit Mevi-
us, si unius Testamentum absque altero subsistere, sive
suum effectum fortiri non possit, cit. loc. num. 44. ubi ita
Statuto Hamburgensi cautum refert, ex lib. 3. tit. 1. artic. 17. ad-
dens, etiam hanc, Rationi & Juri consentaneam sanctiorem in
aliis quoque foris admitti debere. Sed hanc traditionem non nisi

F 3.

cum



cum magno temperamento admittendam arbitramur, si nempe præmortui Conjugis voluntas, ne quidem pro parte, effectum fortiri queat; per ea, quæ tradit Johann Del Castillo, d. cap. 18. num. 34, ubi de Majoratu à Conjugibus constituto agit, Ben. Pinellus, select. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 6. ibi: *Qui non aliter sua bona illi tertio reliquissit, nisi copulata prædictis, & §. 33. in verbis: Et ita nullatenus firma manebit illa Majoratus & Fidei commissi perpetui constitutio: eo quid forsitan unius Testatoris bona non sufficiant ad eas conditions & onera, quæ ad celebritatem memoriae regulariter imponantur; ex quo etiam voluntatis defectus in Testatore colligitur.* Vide plura ibid. in §. 34. & 35. Addantur omnino, quos porrò collaudat Ludov. Didacus de Lima, in addit. ad Ludov. Molina tract. de primogen. Hispaniar. lib. 4. cap. 2. num. 84. vers. Ampliatur secundo. Fernand. Vasq. de success. refol. lib. 1. §. 1. num. 10.

Imo, Quintd. & tunc eidem doctrinæ de correspективis locum aperiendum existimat Mevius, d. loc. num. 43. quando evidenter constat, duos Conjuges ideo reciprocum invicem testamentum condidisse, ut unus ab altero heres institueretur, sic, ut proinde tali etiam in casu, Testamento ex alterutro latere revocatõ, illud etiam ex altero revocatum censetur. Subscriptit Heeserus, cit. loc. num. 140. Berlich. Dec. 92. num. 5. Menoch. tract. de presump. lib. 4. presump. 165. n. 21. Dükter, de hodierno testandi jure, cap. 4. th. 19. & sqq. Müller. ad Struv. exerc. ad n. 32. th. 43. lit. i. Quamvis enim Valascus, etiam talibus in casibus, quando np. ex ipsa institutionis præfatione, vel ex aliis verbis, aut conjecturis, haud obscurè liquescit, prædefunctum non aliter ita dispositurum, vel non aliter fructus suæ hereditatis uxori suæ relieturum fuisse, quam si etiam illa, post ipsum superestes, promissa servaret, nihilominus præmortui dispositionem, ob superviventis revocationem, precipitè revocatā non habendam esse, adstruat; consult. 7. num. ult. tamen

1486.

(47.)

tamen latè hoc nomine ipsum refellit Joh. Del Castillo, cap. 18.
n. 67. Pelaez à Mierez, de majoratu, part. 1. Q. 23. num. 3. & ac-
curatissimus ex nostris Franzkius, lib. 2. Resol. 11. num. 29. ubi scri-
bit, decisum laudati Valasci, vel ex eo, sibi planè improbable vi-
deri, quòd hujusmodi institutio sit conditionalis. Nam cùm tali-
bus in casib[us] negari vix possit, aliquod tacitum quasi Pactum, seu
viciſſitudinariam & reciprocā quandam conventionem de se,
vel suis invicem instituendis, subesse: Mieres, de major. part. 4.
Q. 22. n. 14. Joh. Del Castillo, d. cap. 18. nmm. 23. Schilter. exerc.
ad n. 39. §. 53. in verbis: *ultima conjugum voluntates reciproca in*
prævio consensu mutuo de se invicem instituendo fundan-
tur ac subsistunt: utique etiam illud non improbabiliter adstrui
videtur, quòd & mutuæ fidei sive taciti promissi observantia sub-
sequi, ac proindè ejusm. reciproca institutio vel in suo utrinque
valore relinqui, vel, si alter illorum, utrōque adhuc in vivis agen-
te, (Jungant. quæ habet Ant. Faber, d. Err. 5. in fin. & nos infra
subneclimus §. 42.) voluntatem mutaverit, reciproce ab altero
facta institutio, evidenter cessante ejus causâ finali, pro similiter
revocata haberi debeat. Peck. de T. C. lib. 1. cap. 44. n. 6. ibi: Si ap-
paret evidenter, causam finalē in institutione cessare, censem &
ipsum quoque institutionem extingui. Neque enim circumveniri
debet voluntates testantium. tx. notab. in L. 92. ferè in med. de
condit. & demonstr. Adde quòd satis exp̄sum censeatur, quod
ex præfatione, vel aliis contentis dispositionis, vel probatis & ur-
gentibus conjecturis deducitur; cùm & hæ evidentem voluntate
inducere passim dicantur. L. 74. de leg. 1. ubi vulgo DDres.
Jungat. Castillo, cit. loc. ubi num. 34. his æquissimè addit, durissi-
mum fore, ut, contra evidenter prædefuncti voluntatem, tali
dispositioni non credamus inesse hanc Conditionem, nisi aliud
acciderit culpâ superventis; arg. L. 54. §. 1. in fin. ff. locat.
L. 21. Cod. de pac̄t. Quod etiam admittunt nostri Anetec. David
Magirus, & Christ. Besoldus, d. cons. 121. num. 29. Facit etiam

L. 12

*L. i. §. ult. cum LL. sgg. ff. de adim. leg. ubi etiam ex capite gravis
inimicitæ Voluntas mutata, & legatum vel fideic. ademptum præ-
sumitur. Peck. d. l. num. 7. Ex quo ita generaliter Bened. Pi-
nellus: Hanc, inquit, resolutionem intellige non solùm in institu-
tionibus, verum & in legatis, & aliis quibusvis particularibus te-
stamentariis dispositionibus, vel per viam majoratūs, vel fidei-
commissi familiaris, aut cuiusvis alterius perpetui. Nam quo-
modocunque constiterit, testatores non aliter relicturos,
quam si ab altero etiam certa bonorum pars conferatur,
quæ ab initio placuit, non retinebit relictum legatarius, aut fidei-
commissarius, d. cap. 10. §. 30.*

XXV. Et tametsi in proximè notato casu, itemque in illo,
quem suprà in §. 20. notavimus, quando nempe expressum inter
Conjuges Pactum de ipsismet ab invicem instituendis præcessit,
alia omnia, ex eo, adstruenda videantur, quod hujusmodi Vo-
luntas à nota captatoriæ dispositionis (Quam etiam genera-
liter omnibus correspondivis testamentis inesse, existimat Faber,
in Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. Def. 18. n. 22. ibi: Quo sancè alia actionem
ratione videntur nullius esse momenti, eò quod sunt captatoriæ) li-
berari non possint; Quâ etiam de causa B. Dn. Brunemannus, his
ipsis in terminis, Dominos Francofurtanos talem dispositionem
nullam pronuntiâse, disertè recenset; ad L. 70. num. ult. ff. de
hered. insit. & in Dec. cent. 2. Dec. 24. num. 4. cum sgg. Addat,
Peck. d. cap. 44. n. 4. tamen passim DDres eas potius mutuis
Conjugum affectionibus provocatas, sive non improbaras,
quam captatoriæ, dicendas existimant; per ipsam illam L. 70. ff.
de hered. insit. ex Simone de Pretis; & Phil. Corneo, Alph. ab
Azevedo, consil. 3. num. 28. maximè cum captatio hereditatis do-
lum involvat, qui in dubio non præsumitur; præsertim inter Fra-
tres; Guil. Dunozett. Decis. 218. num. 27. & inter Conjuges, tan-
quam socios divinae & humanæ domûs. Alvar. Valascus, Consil.
7. num. 6. in verbis: Inter conjuges in dubio præsumit Senatus insit
tus.

tutionem ex mutua affectione factam &c. Jungat. Manz. de T-
val. & interval. tit. 6. Q. 25. num. 8. &c. 19. & sollicitè hæc examinans
Johannes Del Castillo, quotid. controv. part. 2. cap. 18. num. 25.
cum primis in casu, si Maritus & Uxor palam & expressè ita in-
vicem convenerint, quod ipsi seipso, vel Suos, invicem here-
des instituere velint: Ex quo hanc quoque formam, si duo, in re
præsenti, testentur, & sese invicem heredes instituant, haud
improbant omnes pronunciant; ex Baldo, Castrensi, Bart. Jas.
Salyc. Aleiato, Peckio, Viglio, Peregrin. de fideic, art. 33. num. 62.
Quia tamen inter Conjuges, pro ratione circumstantiarum, frau-
des facilè presumuntur, observante Pruckmanno, vol. 2. cons. 1.
num. 431. & sqq. quo circa hæc omnia circumspæcto prudentis ju-
dicis arbitrio committenda arbitramur; ut, in alio licet puncto,
similiter sentit Dn. Schilterus, exerc. ad w. 39. §. 56. in fin. ibi:
Tum fœtus atque judex &c. & in terminis Castillo, d. cap. 18. n. 23.
in fin. ibi: Ideo cum casus se offerat, non ita de facili judicandum
est, ut Valascus affirmat; sed inspectis verbis dispositionis, & vo-
luntate testatoris considerata, maturius hæc res diffinienda. Bened.
Pinellus. select. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 42. in fin. ubi scribit,
quod, si unus ex conjugibus, post factam utrinque reciprocam in-
stitutionem in formâ captatoriâ, occulâ & dissimulatâ,
testamentum mutaverit, & institutionem in conjugie factam in ali-
um transtulerit, tunc etiam corruere debeat alterius conjugis in-
stitution, quia tunc præcedens institutio appareat formaliter cap-
tatoria, ac propterea hoc in casu vitiosa sit & improba, & inter per-
sonas conjunctas plus detestanda, ex qua proinde nullum com-
modum debeat reportari. Et sub hæc ipsâ declaratione etiam il-
la, quæ suprà à nobis sunt tradita, accepta volumus.

XXVI. De eo, num, **Sexto**, talis Correspectivitas, ex so-
la, quam dicunt, **Etcæteratura** colligi debeat? v. grat. si ita in
testamento à Conjugib[us], vel Fratribus simili confecto dispositum
occurrat: Horatius instituit Marsiliam, suam germanam Sororem,

præsentem, &c. & Marsilia vicissim instituit Horatium, præsentem, &c. sic, ut tali quoque casu unusquisque testantium intellexerit alligari in consequentiam alterius se æqualiter alligantis? egregiè dispicit ita ipsem quarens Amat. Dunozettus, *Decis. Rot. Rom. 756. num. 9. & sgg.* ubi dicit, quod, cum Etcateratura tantum ea, quæ sunt de substantiâ actus, supplere soleat, per tradita Surdi, *conf. 359. num. 22.* Mantica, de *Z. & A.C. lib. 2. tit. 10. num. 23.* Cencii, de *censib. Decis. 84. num. 7. & 2dò,* naturæ ipsius actus, cui adjicetur, conformiter intelligi debeat, idè illa hunc effectum, ut vel facultas testamenti mutandi propter ipsam excludatur, vel mutatio testamenti ab uno facta etiam alterius revocationem post se trahat, operari non possit.

XXVII. Nimurum, ut tandem huic articulum claudamus, quemadmodum DDres generaliter tradunt, quod Correspetititas in dubio neutiquam præsumi debeat: arg. *L. 34. ff. de Ad. Ed. Philippus Castaldus, confisi. for. 145. num. 3.* Steph. Gratian. *D. F. cap. 548. num. 22.* Amat. Dunozett. *Decis. Rot. Rom. 649. num. 4.* Flamin. Paris. de *confidentis beneficialib.* *Q. 36. num. 56. in fin.* Hieron. Rocca, in *select. Jur. Disp. lib. 1. cap. 105. n. 42.* ita istam doctrinam etiam in reciprocis Conjugum, vel aliorum dispositionibus admittendam arbitramur, ut, nisi evidenter constet, unam institutionem sive dispositionem alterius causa & intuitu factam esse, jura de testamentis correspiciens nullum locum obtineant. Ex quo ita præ aliis eruditè hac exascians Johann Del Castillo: *Constituo.* inquit, *in casu dubio morte pre mortui Testamentum ipsius adeo confirmari, ut, quamvis supervivens, pro sua parte immutaverit, adhuc alterari non debeat dispositio pro sua parte, nec etiam Fructum alterius ve commodi restitutioni obnoxius sit supervivens.* Et in eoc casu liberenter adhereo resolutioni Valaci. d. conf. 7. n. 7. cuius rationes verae sunt, & concludunt, & coadiuvantur omnino ex supradictis, ubi plene annotavimus, ex revocatione hujusmodi non resul-

tare

1490

tare deceptionem defuncti, sibique imputare debere, qui tutio-
rem viam non elegit, atque remedii opportunitate sibi metuere
non studuit, nec naturam ultimorum voluntatum revocabilem
esse scivit &c. d. cap. 18, num. 68. Addantur, quae tradit Simon
van Leuwen, Cens. forens. lib. 3, cap. 11. ibi: Ut & in alio minimo.

XXVIII. Quoad Subiectum nihil, circa cuiusmodi corre-
spectivas Dispositiones, singulare occurrit: Nisi illud quis hic aste-
risco notare velit, quod talis dispositio correspondiva aliquando
ad solos Contestatores, sive illi sint Fratres, Agnati, Conjuges,
Socii, vel Alii, sese invicem heredes instituentes, restringatur;
ali quando vero etiam ad Liberos utriusque Testatoris, vel solum
alterutrius, (Conferatur inferius §. 39.) omniumque frequen-
tissime ad reciprocè testantium Conjugum Cognatos, tandem
que etiam ad piam causam, aliasve quoscunque, sese extendat.
Illud autem silentio non prætereundum, quod si ex. grat. Conju-
ges neque invicem seipso, neque Liberos utriusque; sed
cum solus Maritus liberos haberet, tum ipse, tum etiam illorum
Novera, hosce liberos, respectivè privignos, instituant, quod
hujusmodi Testam. in sensu latiori **mutuum** quidem vocari que-
at, sed, propriè loquendo, neque nomen reciproci, neque cor-
respondivi (Nisi sc. aliundè ista qualitas accedat) testamenti me-
reatur. Illud, quod nomen mutui in sensu solummodo latiore
ei competat, nomen vero reciproci in stricto & proprio signifi-
catu ei non adaptari queat, perbello responso illustrat Schilsterus,
exerc. ad 10. §. 58. quo B. L. cum nobis non de reciprocis testa-
mentis, sed de correspondivis quæstio sit, remissum volumus.
Quod vero eidem nec correspondivi prædicatum applicari queat,
elucescit ex hac tenus satis deductis.

XXIX. Circa Objecrum illud unicum submonemus,
quod, siquidem de Testamento strictè sic dicto, quæstio sit,
correspondivitatis materiam, circa quam, tum **Heredis insti-**
tutio, tum **Substitutio**, eademque tam directa (tametsi non

semper & indifferenter) quam fideicommissaria, & hæc quidem frequentius, quam alia ulla; nec non Legata, & particularia Fideicomissa, itemque mortis causa Donationes constituant. Conferatur de tali **correspective & reciproca** Conjugum institutione, David Mevius, part. 2. tit. 1. artic. 10. num. 36. Müller. ad Struv. exerc. ad π. 32. th. 43. Anton. Faber, in Cod. Sab. lib. 6. tit. 5. D. 18. & de error. pragmat. decad. 52. Err. 4. 5. & 6. Heeser. de acq. conjug. part. 2. Loco 11. num. 138. & sqq. De fideicommissariâ utriusque Cognatorum substitutione, Dn. Præses, consil. 44. & 45. nec non Consil. 54. GUILIELM. DUNOZETT. d. Decis. 298. Amat. DUNOZETT. d. Decis. 756. Mevius, d. loc. num. 37. cum sqq. Heeser. d. l. num. 141. De Legatis & aliis particularibus Relictis, Bened. Pinellus, select. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 31. & sqq. Menoch. de presumption. lib. 4^o presumpt. 172. n. ult.

Si verò queratur de Codicillo **correspective**, tunc, cum notoriè in Codicillis hereditas neque dari, neque adimi valeat, quod ejusmodi Dispositio non nisi Legata & fideicomissa, sed tam universalia, quam particularia, pro objecto agnoscat, juris est tralatitii; per L. 7. Cod. de codicill. Adeatur de reciproco, sed non **correspective** Conjugum Codicillo, Nicol. Everhardus, consil. 167. per integr. Et de tali Legato ad pias causas **correspective**, Joh. Bapt. Cardin de Luca, diss. de legat. 32. num. 4. **De Pactis successoriis correspективis** vide infra §. 55.

XXX. Forma hujus Testamenti propriè sic dicti consistit in Heredis institutione **correspective**. Heredes institutio ut in quolibet alio, ita etiam in tali, tanquam basis & anima cuiuslibet testamenti, procul dubio requiritur, ceu per quam testamentum omni alii supremæ morientium Voluntati contradistinguitur. De quo plura modò addere non est nostri instituti. In eo verò, quod Institutio, vel Substitutio, aliave dispositio debeat **correspective esse**, differentia, ut ita loquamur, specifica consistit,

finit, quā hujusmodi Dispositio tūm à mutuo, seu reciproco, tūm & à simultaneo, sive duplicitate testamento, seu dispositione, notabiliter distinguitur. Nam nec omne reciprocum est correspondivum. Neque etiam è contrà omne correspondivum reciprocum est. Neque omne simultaneum sive duplex testamentum etiam Correspondivum est. Neque etiam vice versa omne correspondivum est simultaneum.

Nempe correspondivum à reciproco testamento, in eo, differt, quod accuratè & propriè loquendo, illud solum mereatur appellari reciprocum, quando Conjuges ipsi, itemque Fratres, Sorores, vel Alii, sese invicem iplos reciprocè & mutuo heredes instituant. Græveus, lib. 2. concl. 117. n. 4. Besold. consl. 121. n. 20. æquè scil. ac reciproca appellatur Substitution, quando invicem illi ipsi, qui heredes instituti sunt, etiam substituantur §. 1. Inst. de vulg. subst. L. 37. §. 1. ff. de hered. inst. L. 4. §. 1. de V. & P. subst. L. 64. de leg. 2. Vincent. Fusarius, de fideicom. subst. Q. 254. prout hujus antiquissimæ Eberhardinæ Domini Antecessores, Anno 1661. die 6. Decembr. an Herm. Rasch Estermann von Ottenberg zu Hanau in Volum. Resp. illius Anni, pronuntiasse leguntur. Verum correspondivum etiam tale esse potest, ut Conjuges seipso non instituant heredes; sed verbigrat. quosdam ex suis Liberis in solo paterno, & alios è contrà in solo materno patrimonio instituant: De cuiusmodi notabili contingencia latè dispicit Faber, d. decad. 52. Err. 4. cum sq. & in Cod. Sabaud. d. Def. 18. Ita, cum duo Conjuges ita disponuerint: Im Fall wir beyde/ ohne Leib- Erben/ nacheinander verstürben/ daß alßdann unsere nächste Blutsfreund/ beiderseits/ all unsere Haab und Nahrung nichts ausgenommen/ haben/ dieselbe in zwey gleiche Theil abtheilen/ und das eine Theil des Manns/ das andere aber des Weibs nächste Blutsfreund/ zu sich nehmen sollen: gestalten wir dann unsere beyderseits nächste Blutsfreund hiemit zu Erben eingefest und ernannt haben wollen:

G 3

Bb. Do-

Bb. Domini Antec. à proximè laudato Estermanno de Ottenberg,
super factò consulti ità prouinciarunt, quòd hoc ipsum Testa-
mentum, tametsi simùl & in una charta conditum, tamen non sit
reciprocum, eo quòd isti duo Contestatores non se invicem ip-
sos, sed suos Cognatos, in casum, si ambo decesserint improles,
ad suam successionem vocaverint. Interim nulli dubitamus, quin
hoc ipsum testamentum fuerit correspективum, cùm Cognati
utriusque ad communia & confusa amborum Bona, ex
æqualibus Semissibus, vocati fuerint, ac proindè, si illud ab alter-
utro Conjugum revocatum fuisset, illud etiam quoad alterum
pro revocato habendum fuisset; de quo tamen nulla respondendi
occasio ipsis suppeditata. Et ut maximè concedamus, quòd &
illa testamento, quibus Conjuges non seipso, sed tamen suos,
seu Cognatos, seu Liberos, np. Uxor mariti, & maritus uxo-
ris ex priore thoro Liberos, heredes instituant, reciproca sint,
cum Dn. Schiltero, exorc. ad xx. 39. §. 58. pag. 837. ibi: Wana
aber ein Ehegatt den andern einsetzt und hinwider das andere das
erste oder da solches nicht üblich eines des andern Erben/ und
dieses jenes Erben hinwiderumb instituit/ das ist ein reciprocè mu-
tuum testamentum, seu, ut loquitur in verbis mox subsequenti-
bus, von einer reciprocirlichen oder vergeltenten Erbeinse-
zung; & in verbis precedentibus: Daß eine Reciprocatio, Vicic-
titudo, oder Gegen- und gleichgültige Bezeugung/ Gegen-Wohl-
that und Vergeltung se. Tamen manet, quòd in terminis for-
matis à Fabro, testamentum correspективum habeamus, sed
haudquam reciprocum.

Ex quo etiam illud profuit, quòd reciprocum seu mutuum
inter conjuges testamentum nunquam privilegiatum; sed sem-
per solenne: verùm correspективum modò **privilegiarium**,
modò etiam **solenne** sit. Si enim ponamus, quòd Pater & Ma-
ter, in eodem testamento, inter Libb. disponant, eò modò, quem
proximè repetimus ex Fabro, nihil suppetit dubii, quin, tametsi
omissa

1494.

33(55.)

omissa sit omnis Solennitas , modò Forma *Novelle 107.* observata
Proberetur , tamen illud testamentum , licet minus solenne , in vim
correspectivi validissimum sit . Quia verò neque Mater commu-
nium liberorum à patre eorum , neque Pater à matre in ejusmodi
testamento privilegiorio instituti potest , sed ad hoc omnibus
numeris absolutum Testamentum notoriè requiritur ; Jungat. la-
tè Dn. Præses , in tract. academ. de success. part. 2. pag. 1149. &
sqq. quare ultrò hinc liquet , quod & hactenù reciprocum à cor-
respectivo insigniter differat .

XXX. A **simultaneo** , sive , ut illud etiam appellat Schil-
terus , d. §. 58. pag. 837. dupliciti testamento , hoc correspectivum ,
in eo , differt , quod sàpè tûm **Conjuges** , tûm alii Duo , simùl in
una charta testentur , & vel itâ , ut quilibet suum peculiarem ,
eunque tertium , heredem instituat , vel ut ipsi se mutuò ad suc-
cessionem vocent , itâ , ut in priore casu Testamentum tantum
simultaneum sit ; sed non reciprocum , nec semper cor-
respectivum ; in secundo verò casu non solum simultaneum ,
seu simùl à duobus uno actu ordinatum ; verùm etiam recipro-
cum ; & tamen haudquaquam correspectivum , ac proinde
liberimæ (itâ nempe , ut propterea alterum non corrut ; sed in
suo valore plenissimo permaneat) revocationi , etiam mortuò
jam alterò contestatore , obnoxium habeamus ; juxta suprà præ-
missa in §. 4. & sqq. Sed & si , tertio , Maritus & Uxor nec se in-
vicerint ipsos , nec diversas Personas , sed eandem , vel easdem per-
sonas instituant , ut in casu , quem refert Dn. Schilterus , da gwen
Eheleuthe ein testamentum nuncupativum miteinander gemacht ,
und darinn ein jedes so wohl der Kinder leiblicher Vatter / als
auch die Stieffmutter / des Ehemanns Kinder aus erster Ehe zu jes
des Erben eingefest / cum espresso & sàpius per codicillos repe-
titò jure aliter testandi , tunc iterum Testamentum simultane-
um quidem foret ; sed , ob deficientem essestiale reciprocæ te-
stationis characterem , nec reciprocum , sive mutuum , pro-
priè

priè loquendo, neque correspективum, ac proinde similiter liberrimæ mutationi obnoxium; ut in puncto definit Dn. Schilterus, d. §. 58. verbis: *Ist also duplex testamentum in unis tabulis, & duplex; sed eorundem heredum institutio, neque reciproca.* Und ist die Ratio movens, ex parte Uxoris, ad instituendos Privignos, nicht der Ihr vom Mann verschaffte ususfructus universalis; sondern wie auch seynsolle die affection erga Maritum & Privignos; derowegen ist auf ihrer Seiten ein à part Testament und auf Seiten des Mariti ein gleichmässiges von einerley Einsetzung; nicht von einer reciprocirlichen oder vergeltenden Einsetzung. Wannenhero zu recht erkannt: *Daf das von Klägern producite Testamentum inter Conjuges, vor kein reciprocum, noch irreocabile zu erkennen/ und daher von dem leßtern zu recht revocirt sey.*

XXXII. Sed & illud silentio præterire non decet, quomodo correspactiva Dispositio differat à conditionali? Nam & suprà in §. 20. notavimus, quod ultima Voluntas haud infrequenter, ex Conditionis adjectione, correspactive efficiatur. Scendum autem paucis, quod Correspективitas cum Conditione in eō conveniat, quod nec dispositio correspactive, nec conditionalis, aliter exitum sortiatur, quam si quidem ibi etiam correspективum suum robur retineat; hic verò Conditio, per formale suum implementum vel existentiam ad effectum perducatur. In hoc verò cum primis à se invicem differunt, quod & Correspективas latius pateat, quam ut per solam Conditionis adjectionem inducatur; ut ex pluribus præmissis exemplis patescit. Et quod etiam Conditio angustum illum circum Correspективatis infinites excedat. Quod utrumque cùm ipsa evidenter commonstret, supervacuum ducimus istis pluribus immorari,

XXXIII. De cætero ad hoc, ut Testamentum sit correspективum, non præcisè requiritur, ut v. gr. uterque Coniux simul in eadem membrana seu charta, vel in actu simultaneæ nuptiationis, sive mentis postremum judicium publicent; sed, que-

1496.

38 57. 38

madmodum & alii actus correspективi nostratisbus dicuntur, hoc
insuper habitō, quod invicem separati sive discreti sint; modō
actus posterior expressam prioris mentionem continet &
sic etiam expressē ad illum reflectat; ut videre est apud Philipp.
Castaldum, consl. for. 145. num. 11. ibi: Locatio, que facta in
penitus separata Scriptura, absque praecedentis societatis
mentione, excludit quamlibet correspективitatem: ubi conser-
tientes laudat Surdum & Bellonum. Stephan. Gratianum, D.F.
cap. 897. num. 13. ibi: Non obstat, quod contractus non fuerint fa-
cti eodem loco & coram isdem testibus, quia non ex hoc tolli-
tur Correspективitas. & cap. 924. num. 1. ibi: Quamvis habe-
rent causam separatam, & per tot. (Nec obstantibus, que passim
de his actibus leguntur, quod debeant fieri in continenti, quip-
pe que saltem pertinent ad correspективitatem conjecturans-
dam, seu ex presumptionibus elicendam: Unde dicunt, quod
actus in continenti facti correspективi NB. judicentur; ut ex Ripa
& Curtio Sen. propniciat, Flamin. Parisius, de resignat. benefie.
lib. 14. Q. g. num. 13. Aymo Cravetta, consl. 153. num. 8. & 9. Car-
din. Tusch. lit. C. concl. 1043. num. 10. in verbis: Declara, nisi ex
longo intervalllo; quia non presumitur Correspективitas. &
concl. 1044. Franc. Niger Cyriacus, contr. for. 691. num. 95. Jose-
phus de Sesse, Decis. 19. n. 8. & sqq.) ita nec dubitandum, quin &
alia Testamenta, que, quantum ad actum ordinationis,
a se invicem separata sunt, tamen non solum reciproca, sed &
correspективi esse possint; ut nonnulla in f. 20. & sqq. præmissa.
Exempla testatum faciunt. Jungant. que tradit Jac. Menochius,
consl. 201. num. 176. verbis: Imo actus dicuntur correspективi, etiam
si diversa Istrumenta confecta fuerint.) Quibus omnibus
congruerter verissimum arbitramur, quod, siquidem Testamen-
tum in una charta, vel nuncupatione, a duobus se mutuo insti-
tuentibus, & in casum, si etiam ultimō moriens decesserit, ad
Bonatutiusque confusa & communia, amborum Cognatos & qua-

H

liter

liter vocantibus, testamentum condatur, illud & **simultaneum**, & **correspetivum**, & **reciprocum** sit: Si vero illi duo, alter post alterum, actibus planè separatis, imò etiam sub diverso testandi modo, verbi grat. alter per nuncupationem, alter verò in scriptis (Jungat, L. 20. §. 1. de V. & P. subf. ibique DDres) se se invicem instituant, adiecta hāc clausulā, quod, si alter ex ipsis voluntatem mutaverit, tunc etiam alterius dispositio, quod illum, omnimodo revocata censeri debeat, tunc testamentum licet non **simultaneum**, attamen **reciprocum** & **correspetivum** sit. Et si porrò duo Conjuges, in diversis testamētis, nec scipios, nec suos, invicem instituant, sed tamen, ex prævia conventione, in Dynastiā communiter acquisitiā, Majoratum constituant, sub apertā voluntatis declaratione, quod illum non alite r, quām in totā Dynastia, consequenter utrōque in voluntate suā perseverante, constituerelint, tunc Testam. licet neque **simultaneum**, neque **reciprocum**, tamen **correspetivum** sit.

Illud nihil alit dubii, quod, si tale Testam. in una eademque membranā ordinetur, utriusque Voluntas vel una continua serie perscribi, vel unius Dispositio, ab alterius voluntate, peculiari līnō trajectō constricta obsignari, insimilque caveri queat, quod, alterutro decadente, alterius tabulā non debeant publicari; sed illarum publicatio ad ipsius quoque obitum differri debat; argum. eorum, quæ in simili legimus in §. 3. Inst. de pupill. subf. ubi Vinnius, & cæteri, L. 8. testam. quemadmodum aperiant, Cod. eod. in terminis Pinellus, sel. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 20.

XXXIV. Antequām hinc abeamus, illud unicum adhuc observari meretur, quod nonnulla, rigorosius & strictius loquendo, etiam inter Testamentum **correspetivum** & **respectivum** differentia intercedat. Nam si quidem Paulus Christianum absolute, & absque ulla contemplatione testamenti ab hoc vel iam jam ordinati, vel adhuc ordinandi, heredem instituat; Christia-

nus

1498.

32. 59. 168

nus vero postea vicissim etiam Paulum; sed sub conditione, si Paulus suum testamentum, in quo ipsum heredem scripsit, immutatum reliquerit, wann Paulus bei seinem aufgerichteten Testamente, bis an sein Ende ungeändert bewenden lasse, heredem instituat, hoc testamentum erit quidem respectivum, sive tale, quod ad illam praecedaneam Pauli dispositionem respectum habeat: Sed, cum e converso illa Pauli dispositio absolute & pura sit, nullum ad Christiani subsequutum testamentum respectum annexum habens, quare id non poterimus, servata vocabuli proprietate, respectivum appellare: Cum hoc nomen illis solis proprietate conpetat, quorum quolibet reciprocum ad alterum respectum habet; ut pleraque Exempla præmissa evincunt.

XXXV. Effectus hujusmodi Dispositionis correspectiva. (Si per remotionem eos primò expendere velimus) non in eo est positus, ut illius conditores facultate eandem, si velint, mutantadi, ob hanc correspectivam ejus indolem, priventur. Suprà enim jam diximus, quod, juxta iudicium Romani Juris placita, (quicquid alii ineptiant, in hoc quoque articulo, usū Fori receptissima, fatente novissimè Dn. Schiltero, d. exerc. ad π. 39. §. 59. ibi: *Jure famen Romano in Foro nostro utimur, adeoque & hoc illius principio: Testamenti actioni regulariter valide renunciari non posse / nulla revocationis, seu apprime favorabilis, obser- vantie Gratiano, D. F. cap. 48. num. 23. præclusiva conventio illatenus valeat, ne quidem jurata: de qua optimè Linglois, in com- mentar. ad jo. Dec. Justinian. Deis. 24. num. 1. ubi bene advertit, facile fieri posse, ut ille, qui revocat suam voluntatem, eo loco & angustia temporis constitutus sit, unde contestatorem suum de hac mutatione commonere non valeat: Vel cum præjudicio piæ Cause conjuncta. Cardin. de Lugo, de J. & J. Diff. 24. S. 2, num. 45. Azevedo, consil. 3. num. 4. Addat. Sarmiento, select. Jur. interpr. lib. 2. cap. 4. num. 2. Paul. Chrlstianus, Dec. Belg. vol. 4. Dec. 12. Cyriacus, contr. for. 300. num. 5. Quod effatum*

H 2

quod

quod etiam ad correspedita testamenta pertineat, dubitandum non est cum Anton. Fabro, in *Cod. Sabaud.* lib. 6. tit. 5. D. 18. num. 15. ubi ita: An ergo fatendum erit, licere superstiti Conjugi voluntatem premortui conjugis circumvenire, revocato testamento eo tempore, quod suum revocare nequeat is, qui jam est defunctus? Utique. Id enim tolerabilius est, quam ut adimatur superstiti libera testandi facultas, quam sibi adimere nemo potest, & in tract. de error. pragmatic. decad. 52. Err. 4. pag. nob. 29. in verbis: *Certum est, nullà penitus pactione, nulloque remedio posse fieri, ut sibi quisquam præcipiat testandi facultatem, aut ejus facultatis libertatem constringat, quoniam id contra LL. foret, adeoque contrabonos mores.* Et hæc sane receptione DDrum sententia & traditio est, superstitem conjugem jus habere revocandi quandocunque sui testamenti. Peckius, de T. C. lib. 1. cap. 44^o per totum, ubi vide omnino. Nempe licet, alterutro illorum defuncto, hujus quidem voluntatem supervivens nullo modo mutare queat, sed eandem, ceu jamjam per obitum sui conditoris confirmatam, illibatam & intactam relinquere cogatur: Mevius, part. 9. Dec. 148. num. 2. & ad *Jus Lub.* part. I. tit. 10. art. 1. num. 27. cum sqq. Brunnenmann. consil. 23. num. 15. & sqq. ubi elegans hanc in rem Prajudicium recitat. Cardinal. de Luca, de legat. Disc. 32. num. 4. tamen suam voluntatem, quod licet respectu illa correspedita cum altera sit, pro suo arbitrio mutare potest hoc nullatenus obstante, quod solennis conventio de non revocanda tali correspedita dispositione inter ejus autores inita fuerit & hæc haud infrequenter nostris obligatoria appellitur; cum hoc non aliò, nisi illò respectu, fiat, quod plura in libris nostris necessaria dicuntur, ad quæ quis pariter non absolutè, sed dumtaxat hypotheticè, nisi aliò commodò carere malit, obstrictus dicitur. Ut proindè non obstante ea, quæ de contractibus correspeditis ex DDbus tradit Joh. Petrus Actolinus, Resol. Jur. 88. num. 17. & sqq.

XXXVI.

XXXVI. Multo minus, secundum, talis correspondivi Testamenti effectus in eo consistit, ut ex causa hujusmodi corresponditatis, utrumque sit nullum: prout equidem, si subtilius rem intueamur, sentendum existimat Antonius Faber, d. Def. 18. num. 19. & sgg. tum (1) ex eo, quod eorum validitas ex alieno dependeat arbitrio, contra regulam Legis 32. ff. de hered. inst. tum quod illa (2do) etiam ab alterius, quam testatoris, sive proprii autoris, morte dependant; cum ante decepsum etiam alterius contestatoris certi esse nequeamus, quid de prius defuncti testamento futurum sit: contra illud perpetuum ius testamentorum, quo per mortem cuiusvis & solius testatoris testamentum confirmatur. L. 1. L. 12. Qui T. fac. poss. L. 28. de V. & P. S. tum & (3.) ex eo, quod sint captatoria, cum ut plurimum alter conjugum alterius voluntatem & hereditatem captare soleat: Tale vero commercium seu mercimonium ultimarum voluntatum, ubi scilicet dispositio expressa bonorum relatione & contestatorum pactione firmatur, LLb. summe exosum esse, tradit Fabro conscientis Franc. Sarmiento, sel. interpr. lib. 2. cap. 4. num. 2. Nam quod talia Testamenta haud invalida sint, mox plenius firmabimus: & patescit id vel ex sola horum fundamentorum Fabrianæ hæreseos destructione. Quantum enim ad primum, certè si quidquam roboris eidem inesset, oporteret, ut idem, quod de corresponditatis, etiam de omnibus conditionalibus dispositionibus, sub potestativa seu arbitraria conditione confessis, judicium feramus: quod haud dubie ἀτοπον. Nempe, licet revera prædefuncti Arbitrium tum demum, si etiam novissime decedens, absque revocatione suæ dispositionis, diem obierit, suam quasi plenissimam capiat confirmationem, atque ita quod dantemus ab arbitrio istius superviventis interea temporis pendere videatur; tamen ipsa prædefunctus nihil aliud, quam hoc ipsum voluisse censeri debet & potest, quod ipsius dispositio tum demum, si alter suam non revocaverit, suo roboři relicta intelligi debeat:

debeat: Et hæc ab ipsomet præmortente, expressè, vel tacitè, istâ conditione circumscripta voluntas per mortem ipsius illico confirmatur; licet sub illâ ipsâ, quam præmoriens intendit, Conditione.

Secundum similiter nullius est pretii: Neque enim futurus contrarius eventus, si nimirum supervivens testamentum suum revocet, obstatculo esse potest, quod minus præmortui Conjugis testamentum ipsius morte confirmatum dicatur, non magis, quam si quis sub conditione heres fuerit institutus, quam an ille implere velit, necne à liberrimo ipsius, si sit arbitraria, vel si pianè institutio in factum Tertii collata fuerit, v. c. si Titus Capitolum ascenderit, Antoninus heres esto, etiam ab hujus Tertiis arbitrio dependet. Jungat, L. 23, §. 1. & 2. L. 68, ff. de hered. inst. eleganter Casp. Manzius, de T. val. & inv. tit. 6. Q. 24^o num. 4. & sqq. Brunnem, ad L. 32. num. 1. ff. de H. inst. Philiberti, Brusselius, tract. de condition. tit. 2. num. 3. Nimirum hac omnia ex ipsius testatoris voluntate dependent, qui, in casum, si postmodò alter aliter disponat, etiam suam voluntatem, vel expressè pro revocata haberi jussit, vel tacitè jussisse jussimè præsumitur. Rectè quippe tunc dicimus, quod in talibus terminis, quales supra exhibuimus, ex ipso tenore & modo disponendi, etiam in vitâ colligatur præsumptio voluntatis mutata, si postea quid ei contrarium fiat. Bened. Pinellus, select. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 32. in fin.

Ad tertium omnes Dres respondent ex ipsa L. 70. ibi: *Mutuis affectionibus. ff. de hered. inst.* Repetantur suprà tradd. §. 20. & 25. Quibus addi merentur, quæ eandem in rem venustissime commentatur laudatus Pinellus, d. cap. 10. §. 42. ubi ita signanter: Licet, inquit, inter Conjuges mutua illa institutio facta esset in forma captatoriæ, adhuc inter illos facta institutio non vietaretur; quod comprobo ex eadem L. 70. dum inquit: *Captatorias institutiones non eas Senatus improbarit, quæ mutuis affe-*

1502

63. 1502

affectionibus judicia provocaverunt; sed quarum conditio confertur in secretum alienæ voluntatis; ubi Jctissimus Papinianus decidit, eas captatorias non improbari, quæ mutuo amore provocarunt: Ergo supponit, eas esse conceptas in forma captatoriarum, h. e. si me institueris, te instituo. Sentit ibid. Glosa n. Quia tamen non ipsa verba materialiter captantia; sed mutua affectione immediate & principaliter provocat ad reciprocam institutionem, dicit Jctus, non eas improbari; sed quarum conditio penetrat, & sola rumpit secretum alienæ voluntatis, hoc est, quæ immediate & principaliter ab altero extorquet institutionem; non vero. **Affectione**, aut quilibet aliud respectus voluntatis libere ac simplicis: Quod amplius denotat illud verbum, alienæ Voluntatis, id est multum remotæ à reciprocâ institutione, nisi captaretur præviâ illâ Conditio; ut innuit etiam Glosa, ibid. ad verb. **Aliene**. Atque ita explico] relata verba: Quorum conditio confertur in secretum alienæ voluntatis; cum ad reciprocam institutionem solum & immediatè moveatur ac provocetur à mutuâ affectione. Hucusque Pinellus. Nincque ipse met Faber, hoc jure nos uti, scribit, ut talia testamenta, non obstantibus his dubiis, tamen valida sint.

d. tit. Def. 19. n. 1.

XXXVII. Denique omnium minime subscribere possumus laudato Pinello, qui non saltet in casu, quando alter Contestator dolo inductus fuit ad alterum in eadem charta, quâ & ipse ab illo vicissim institutus est, heredem scribendum; verum etiam tunc, quando, prævio consensu seu conventione, alterum instituit, testamentô hoc postea à superstite mutato, Hereditatem præmortui Fisco, ex eo adjudicat, quia heres institutus planè deficiatur voluntate defuncti, per L. 12. ff. & L. 4. Cod. de his, quib. ut indign. Primò enim illi demum, qui, tanquam indigni, voluntate defuncti deficiuntur, isti dispositioni de bonis creptitiis, sive Titulo de indignis, reputantur obnoxii. d.

L. 12.

L. 12. ibi : Heredibus tamen , ut indignis , qui non habuerunt super:
 man voluntatem , abstulit hereditatem . d. L. 4. verbis : Quia te-
 statrix , voluntatem suam non merci unum ex heredibus suis
 declaravit . Secundò indignus nemo quisquam dicendus , nisi
 LL. expressè eum talem declarent . Mantica , de C.U. v. lib. 12.
 tit. 1. Dn. Lauterbach , de cancellat. ejusque in jure effect. cap. 4.
 th. 47. num. 12. Undè indignitatis causas LLbus adeò definitas
 dicunt , ut ejusmodi lege privativâ cessante ipsa etiam privatio
 cessare debeat . Peregrin. de jure fisci , lib. 2. tit. 2. num. 2. Carp-
 zov. p. 1. Dec. 18. num. 7. & Dec. 43. num. 10. Tertiò omnes in hoc
 concorditer consonant , quòd ad confiscationem ex capite in-
 dignitatis fundam̄ requiratur Testamentum ipso jure subfi-
 ctens , ex quo indignus hereditatem primùm acquirere , & postea
 Fiscus eam ita acquisitam ipsi rursùs auferre queat . Ant. Faber , de
 error. pragmat. decad. 35. Err. 3. num. 5. in fin. Ubi vero Testa-
 tor ipse hereditatem , in certum casum , vel expressè admetit , vel
 adimere , & ipsem suam institutionem pro revocata haberi de-
 bere , voluisse præsumitur , ibi deficit testamentum , ex quo por-
 qđ Hereditas acquisita dici valeat . Rectè enim tunc dicitur , te-
 statorē ab universo priore judicio recessisse videri , ut in simili
 Paulus in L. 19. de his , qua ut indign. aufer . Facitque insigniter
 tum illud , quòd , si Testator ipse testamentum cancellaverit , vel
 nomina scriptorū heredum induxerit , hereditas non saltem eo
 in casu , quando constat apertè , istam cancellationem vel indu-
 xionem eō fine factam esse , ut ipse intestati exitum faceret ; arg.
 L. ult. ff. de his , qua in T. del. L. 1. §. 8: Si tab. T. nulle extab. ve-
 rum etiam in dubio , quando np. de mente testatoris non constat ,
 haudquām Fisco , sed heredibus legitimis sit adjudicanda ; per
 doctè deductā à Dn. Lauterbachio , cit. loc. th. 45. & 47. Tum &
 illud , quòd Legata & Fideic. quæ ex capitè gravissimæ inimicitia ,
 pro præsumptivè ademptis habentur , Fisco pariter , ex capite in-
 dignitatis , (Dissentiat licet , cum aliis , David Mevius , part. 5.
 D66

Dec. 152.) nullatenus cedant ; sed apud heredem omnino remaneant ; per notata Brunnen. & DDrum commr. ad L. 9. ff. de his , qua ut indign. Coll. Jur. Arg. ad eund. tit. lib. 4. in fin. Hahn. ad Wesemb. cod. tit. num. 3. Zosf. d. tit. num. 13. Carpz. p. 4. C. 21. D. 6. Dn. Präsidis, in Differ. J. C. & Marchio-Bad. pag. 119. & 120. Tum etiam generale Modestini effatum in L. 10. de jure fisc. Nihil aliud ergo restat, quam ut , talibus in casibus , suffragante vel ipsa apertissima Æquitate , locum indulgeamus heredibus legitimis.

XXXVIII. Sed , ut tandem id quod est verorum Correspondentias effectuum in Testamentis exhibeamus, breviter ita habendum, quod, si Testamentum correspondivum ab alterutro illius conditore , verbaliter vel realiter revocetur , tunc hæc ipsa voluntatis duorum vel plurium Contestatorum correspondientias hoc operetur, ut simul etiam alterius testamentum, seu in totum , seu in quantum illud correspondivum est, pro expressè , vel tacite revocatō habendum sit : fatente vel ipso Anton. Fabro , d. Def. 18. his verbis finalibus : Ut præmortui conjugis testamentum, hoc ipso, revocetur , quod superflues suum revocat. & Brunnen. consil. 38. num. 19. & sqq. Quibus gemina tradit Menoch. lib. 4. præsumpt. 165. num. 20. Peck. de T. C. lib. 1. cap. 44. num. 6. & 7. Franz. lib. 2. Resol. 11. num. 29. Mevius , ad J. L. part. 2. tit. 1. art. 10. num. 36. & sqq. & part. 5. Dec. 15. Menoch. tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 165. num. 20. & præsumpt. 172. n. 5. omniumque plenissimè Joh. Del Castillo , R. Q. part. 2. cap. 18. num. 23. 67. & sqq. Dn. Präses , vol. 3. Cmjs. 44. num. 86. & sqq. & vol. 4. consil. 54. num. 345. & sqq. nec non in Rep. criminal. & civil. vol. 2. Rep. 18. n. 71. & sqq. Ea namque omnium actuum correspondiorum atque relativorum natura & conditio est, ut, sive confirmato uno , sive destructo , etiam alterum confirmationi , vel destrui necesse sit: per L. 6. Cod. de paci. int. empt. & vendit.

vendit. L. 1. Cod. de cypress. (ii. 77.) L. 30. §. 3. L. 31. §. Mutuus
 de adim leg. L. 21. §. 1. de minor. L. 5. de ref. vend. L. ult. de
 acceptil. ibique notata à Gothofr. & DDb. commr. Menoch. con-
 sil. 201. num. 175. Imò ut nec unum absque altero tolli valeat;
 post Cravett. Marcabrun. Eugen. Pedroch. & all. Mar. Giurba,
 Dec. 85. num. 20. Faber, de err. pragm. decad. 52. Err. 4. pag. 29.
 Cyriac. contr. for. 535. num. 3. Cravetta, conf. 393. num. 2. Cy-
 riac. contr. for. 599. num. 75. Cardin. Cerrus, Decis. 264. num. 6.
 Decianus, vol. 3. Resp. 1. num. 38. eo quòd tales actus à se invicem
 dependeant; Faber, d. Err. 4. infir. Aetolir. Resol. 10. num. 73.
 uterque relationem ad alterum habeat, cuius scil. gratia & re-
 specu ille fit; ex Crav. & Menoch. Cyriac. controv. for. 146.
 num. 36. & inter se ita connexi censeantur, ut plane pro uno
 eodemque habentur; Hondon. vol. 1. conf. 32. num. 14. Giurba,
 Decis. 86. num. 18. Verallius, Dec. 307. num. 2. cum Rota Rom.
 Joh. Paulus Melius, Decis. 59. num. 26. Klock. vol. 2. conf. 69.
 num. 61. unusque actus alterius pars, & ipsi proinde individui
 censeantur; Cyriac. contr. 689. num. 97. Cravetta, conf. 396.
 num. 3. Corn. vol. 2. conf. 36. num. 14. Riminald. Jun. conf. 602.
 num. 18. sive duo tales actus pro uno, eoque individuo repu-
 tentur, sic, ut parte annullata, totus actus infirmetur; prout
 ex Tiraq. Cravetta, Menochio, loquitur Steph. Gratianus, D. F.
 cap. 698. num. 38. Mantica, de T. & A. C. lib. 2. tit. 3. num. 22.
 Cyriac. controv. for. 689. num. 96. neque prius, vel posterius
 inter tales duos actus dari existimetur; Cardin. Seraphin. De-
 cis. 359. num. 14. & Decis. 541. num. 4. post Tiraquell. Felin. &
 Rotam, Gratianus, cap. 833. num. 31. neque unus ab altero va-
 leat separari; ex Cravettea, & Corn. Flaminius Parisius, de
 resignat. benefic. lib. 8. Q. 4. num. 93. post Bald. Roland. Socin.
 & alios, J. B. Hodierna, in addit. ad Decis. Surdi 68. num. 16. i^o
 sq. ac proinde quoque idem de utroque judicium ferendum ve-
 niat; cum Menoch. Giurba, & aliis, Gratian. D. F. cap. 92⁴
 num.

150

67.

num. 2. cùm unum ex altero etiam interpretationem recipiat.
I. 7. s. ult. de reb. dub. Ant. Faber, in Cod. Sab. lib. 6. tit. 5.
D. 18. num. 14. neque illi diversò censendi sint jure; post plures
Gratian. cap. 527. num. 21. & 22. Actolin. Resol. 41. num. 38.
neque unum capitulum correspективum approbare, &c alterum
improbare LL. indulgent; Surd. conf. 217. num. 20. Tusch. lit. C.
concl. 1043. num. 5. nec diutius unum correspективorum duret,
quam correspективatum, sive illud, cuius gratia alter quoque
actus factus, vel dispositio sequuta est, durat; undò vero cessan-
te cesseret etiam alterum; post plures, Vultej. in Conf. Marp.
vol. 2. conf. 21. num. 73. Riminald. Jun. conf. 404. num. 2. Goed-
daeus, vol. 4. conf. 42. num. 90. Heeser. de acq. conjung. part. 2.
Loco 4. num. 98. cum sqq. & quod uni ex correspективis ineft,
etiam alteri inesse intelligatur: Tiraquell. de retr. convent. §. I.
gloss. 5. num. 1. verf. Et quod uni. Heeser. d. l. num. 101. Gra-
tian. D. F. cap. 14. num. 4. & cap. 692. num. 41. cum sqq. Meli-
us. Obs. for. 147. num. 25. cùm alterum alterius causa finalis
esse existimetur. Decian. vol. 2. conf. 32. num. 116. Caroc. de de-
posito. part. 2. Q. 135. Cyriac. contr. for. 691. num. 101. Actolin.
d. l. Dn. Praeses, vol. 5. conf. 73. num. 90. cum seqq. & vol. 2.
conf. 18. num. 33. imò alterum alteri legem dare censatur, Me-
nochius, conf. 201. num. 169. Nempe, sicuti omnium actuum
correspективorum ea indeoles est, ut, nisi alter id, quod ego
intendo & desidero, fecisset, ego etiam illud, quod à me fa-
ctum est, non suissim facturus; Tiraquell. de retr. consanguini-
nit. §. 23. gloss. 1. num. 3. & sqq. ubi num. 8. dicit, in hoc ne-
minem contradicere. Tusch. in præt. concl. lit. C. concl. 1043.
num. 3. ex Bart. Decio, Corneo, Feliao, Mohedano, Peregr.
Farinac. & aliis, Giurba, Decif. 85. num. 20. cum Glosfa, Me-
noch. Pedrocha, Cravetta, Cyriac. controv. for. 312. num. 101.
Actolin. Resol. 10. num. 71. ac proindè, si alter, ex suo latere,
contra proprium factum veniat, jam nec mea voluntas in pro-

missorum præstationem ferri intelligatur : ita , si etiam duo Contestatores , ab initio quidem , ad quid certi reflexerint , ad quod nisi contestator suam dispositionem direxisset , alter etiam suam dispositionem planè aliter conceperet , hæc ipsa se invicem respiciente dispositione ab alterutro illorum ex postfacto revocatæ illa etiam ab altero intelligitur revocata. Prout enim hujusmodi dispositiones , in ipsa sua ordinatione sive **constitutione** , se invicem respiciunt , & altera , alterius contemplatione seu respectu , conficitur ; ita non dubitandum , quia etiam in illarum **resolutione** eadem obtineat **correspondentia** , & jura ex illâ proficiscentia pariformiter obtineant. arg. Leg. 35. de R. Jur. Ex quo optimè Faber: Habet , inquit , hæc res naturalem intellectum , ut qui non erat ita testaturus , si vel contestatorem nullum habuisset , vel diversam contestatoris sui voluntatem prævidisset , nunquam credi debeat in ea voluntate perfidisse , si aliud testator in sua voluntate non pariter persistenter ; ut jam supra retulimus ex dicta decade 52. Err. s. pag. nob. 32. Et Magirus ac Besoldus : Fatemur , inquit , quod in contrâctibus & II. voluntatibus , que reciprocationem habent , semper tacita hæc conditio inesse videatur , nisi aliquid acciderit alterius culpa. L. 54. §. I. in fin. ff. locat. d. consil. 121. num. 29. Unde etiam hanc ipsam **revocationem correspondentiam** vocat Amatus Dunozettus , Decis. Rota Rom. 756. num. 6. Et incassum eandem impugnat Barry , de success. test. & intest. lib. 10. tit. I. num. 41.

XXXIX. Hæc ipsa traditio , quod , in consequentiam actus corresponditatis , Testamentum ab alterutro testantium revocatō etiam alterum revocatum censeri debeat , ampliatur , ut , Primo , nihil prorsus inter sit , sive alter Contestator suam dispositionem **verbaliter** saltem **revocet** , quoad usque nimirum etiam talis revocatio vel Jure Romano , vel moderno , agnos citur ; sive **realiter** ; & hoc iterum promiscue , tūm per talis Testa-

Testamenti cancellationem, inductionem, deletionem, signo-
rumque in illo turbationem, avulsionem, tūm per novi te-
stamenti ordinationem : Jungat. B. Dn. D. Bardili, in eleg.
Diss. de revocat. ult. volunt. per integr. Modò tale testamen-
tum revocatorium, ratione tūm voluntatis, tūm solennitatis,
perfectum sit : Neque enim alterius v. grat. Conjugis, seu
adhuicdūm superflitis, seu prämortui Testamentum, in conse-
quentiam actuum correspективatis, per posterius, aliter re-
vocatum intelligitur, quām si revocatorium de jure subsi-
stat. Igitur, si suus heres in hoc ultimo præteritus, vel non
rite & legitimè exheredatus sit ; vel de Solennitatibus aliquid
deficiat ; vel, antequām Coniux talis novi testamenti ordina-
tionem absolverit, fato abripiatur, & sic deinceps, fieri planè
non potest, ut præcedens Testam. correspективum, solenniter
ordinatum, etiam quoad ipsiusmet propriam dispositionem, ne-
dām quoad alterius, ullam mutationem patiatur vel capiat ;
per generalitatem §. 7. *Inst. quib. mod. T. infirm. L. 25. L. 29.*
Qui T. fac. poss. L. II. §. I. de leg. 3. L. 7. ff. de lib. & posthum.
L. 2. de injusfo, rupto, irr. T. & ca. qua tradunt Fontanella,
Decis. 50. num. 17. Molina, de J. & J. Diss. 153. num. 2. Dn.
Præses, in *tract. academ. de succession. part. 2. pag. 1207. tb. 51.*
Dan. Moller. *sermestr. lib. 5. differ. 53. num. 1. & his ipsis in ter-*
minis Anton. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. D. 19. Mevius,*
ad *J. L. part. 2. tit. 1. art. 10. num. 45. ibi: Oportet justè con-*
secutum esse : quod revocet, & id revocatorium valere. & in
Dec. part. 5. Dec. 15. num. 4. ibi: Tūm quia hoc non subsistit. Dn.
Præses, in *Conf. vol. 3. conf. 44. num. 75.*

XL. Quid ergò dicendum, si hujusmodi Testamento revo-
catorio, ex. grat. propter sui heredis præteritionem, vel Solen-
nitatum defectum nulli, adjecta sit *Clausula codicillaris* ? An
nec ista testamentum tale revocatorium statuminabit, atque ita
simil illud correspективum, prius conditum, testamentum omni-

modò subruet? Evidem, extra tales terminos, Clausula codicillaris, posteriori testamento adjecta, hunc habet effectum, ut heredis institutio in priori testamento scripta in Fideicommissum convertatur, *L. ult. Cod. de codicill. L. pen. §. ult. de leg. 21. L. 5. 4. princ. de leg. 1.* ita np. ut heredes in priore testam. scriptis retentâ Quartâ Trebellianica, hereditatem in postremo testam. institutis heredibus restituere rogati intelligentur: Pantchmanni, *pract. Qq. lib. 4. Q. 15.* Turret. de claus. codicill. *Q. 69.* Mantic, de C. U. Vol. lib. 6. tit. 4. num. 16. in fin. Struv. ex. ad n. 34. *ib. 64.* Jungant. quæ in genere de hac Clausula tradit. Ludov. Baitellus, de U. volunt. *Decis. 13. num. 13. & seqq.* Verum iste effectus in proposito obtineri, ex eo non potest, quia, licet superstes Coniux, quoad proprias facultates, etiam correspeditum Testam. mutare, siveque, in consequentiam actuum corresponditatis, efficere valeat, ut etiam præmortui conjugis dispositio, ipsius præmortui expressæ, vel tacite voluntati conformiter, simul revocetur: tamen nullum Codicilium, per quem illi præcedaneo correspeditivo Testam. aliquid adjiciatur vel detrahatur, ei condeat, fas est; eo quod, subsistente priore testamento, utriusque Testatoris voluntatem strictè servari oporteat, nec ab altero, citra alterius consensum, Codicillos porro adjici ipsa æquitas patiatur; cum utique præmortui conjugis voluntas non circumveniri, & superstes de se ipso conqueri debeat, quare aliud testamentum, prout potuit, non fecerit. Neque tanta in præmortuum injurya redundat, si superstes, in totum, testamentum suum revocet, & per consequens etiam præmortui dispositio, ipsomet, in casum talis revocationis, expresse vel tacite hoc intendente, unicum illo corrut, quam ut, illa in eodem statu perseverante, superstes, pro lubitu, quoad suas facultates disposita inammet. Itaque, licet alias tralatitii juris sit, quod ille, qui testamentum, multo magis codicillios confiscere valeat: *L. 6. §. 3. l. 8. f. 2.*

Chom.

I. 2. ff. de jure codicill. tamen hic ista regula officium perdit; ut signanter observat Ant. Faber, d. Def. 18. Cui etiam Me- vius accedere non dubitat, cit. loc. & Ampliss. Facultas, cum Dn. Præside, d. consl. 44. num. 75. Facit etiam doctrina H. Pi- floris, lib. 1. Q. 2. num. 24. Frider. Pruckmanni, vol. 2. consl. I. num. 192.

XLI. Secundò doctrina hæc de illa Specie testamenta rumpendi, que fit per contrariæ voluntatis declaratio- nema, circa correspœctiva Testamenta ampliatur, ut nihil in- terfit, sive alter Contestator, jam mortuò alterò, sive illò adhuc superflite & vivo; sed ignorante hanc revoca- tionem, testamentum suum revocet; sed utròque in casu, ex causa sepe dictæ correspœctivitatis, simùl etiam alterius di- positio revocata intelligi debet. Quoad primum quidem membrum, si jam alter contestantium fato concesserit, res tanto minus dubii habet, eo quòd res non amplius sit in- tegra, & premortuus testamentum non perindè mutare queat; quomodo utique posset, si adhuc superesset; neque ipsi ex eo, quare suum testamentum, ob hanc incertitudinem futuri even- tū, utrum supervicturus cum eadem voluntate deceſſurus sit, necne? ante obitum non mutaverit, imputari possit quidquam. Hæc ipsa namque, quæ intercedit, actuum correspœctivitas non aliam admittit interpretationem, quam quòd premortuus, in casu testamenti à superflite revocati, suam etiam voluntatem voluntati alterius correspœctivam, revocatam voluerit, cùm presumpta hæc revotatio in ipsa naturali (ut egregiè Modesti- nus, in L. 13. I. 7. ff. de excus. tut.) fundetur judiciò, & hoc ipsum, quòd ille, qui nullatenus hòc modò, ut in correspœctivo testamento dispositus, testaturus fuisset, si contestatoris sui diversam voluntatem pravidere potuisset, suum quoque te- stamentum in talē casu, pro revocato haberi velit, natura- lem intellectum verissimè, à Fabro, habere dicatur, d. Err. 5.

De

De secundō vero membro, si nimis Revocatio ab alterutro contestantium, adhuc vivō quidem alterō; sed illius ignorō, fiat, duobus in locis non una, sed duas diversissimā sententia proponuntur à Fabro; dum in *capite 5. dicta decadis 52.* generaliter ita sentire videtur, quod, si revocatio, ab altero conjugum fiat vivō adhuc Coniuge, sive illō sciente, sive etiam ignorante hanc revocationem, tamen idem ius obtineat, ut scilicet etiam alterius testamentum revocatum cependum sit, tametsi nulla expressa mutatio voluntatis probetur. *pag. nob. 31.* E contrario vero in *Cap. 6.* etiam illō in casu, quod superest ab altero factam revocationem omnino ignorat, dixerūt pronunciat, quod unius revocatio etiam revocationem testamenti alterius haudquam operetur. Licet autem hæc duo Fabriana effata sine difficultate conciliari possint, ita np. ut prius ad solum Casum, qui in *cap. 5.* & in *Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 11. def. 18.* ubi scil. Pater quosdam ex suis liberis, in solis paternis, & alios Mater, in solis maternis, heredes instituit, notabiliter proponitur; posterius autem ad tales terminos, ubi Uxor maritum, & Maritus uxorem heredem reciprocè instituit, restringatur: tamen quoad secundum Casum viro eruditissimo & ingeniosissimo subscribere non possumus: Demus enim, quod in primo casu, Rationes pro totali correspondivæ dispositionis revocatione, & numero & pondere ampliores concurrant, & quod Pater, qui certos duntaxat liberos in paternis instituit, & cæteros præterit, hoc modo testari nec voluerit, nec potuerit, nec etiam debuerit, nisi quia eodem modo etiam Conjugem suum testari videbat; quod urget Faber, *d. cap. 6. pag. 35.* tamen hinc in eternum non efficietur, quod in altero casu, quod alteruter Coniux probabiliter ignoravit, correspondivum ipsorum testamentum ab altero revocari, & in ipsa hac justa ignorantia deceperit, idem illud testamentum, quod ad ipsum similiter pro revocato haberi non debeat. Nam & hacten

haec tenus militat ratio corresponditatis, quae, altero destructo, non patitur, alterum ulterius durare. Clemens Merlinus, *Decis. 555. num. 1.* Neque Conjugi, qui forsan studiò occultatum & clancularium sui conjugis factum probabiliter ignoravit, veritas facti alieni, sive revocationis à conjugé factæ, debet esse præjudicio. arg. *L. 5. f. 5. de N. O. N.* Neque solidam aliquam diversijuris rationem videmus, cur in casu, quo Conjurx jam fato concessit, subseguente alterius revocatione Testamentum in totum revocatum habendum sit; & in casu, quod alter adhuc quidem superat, sed ab altero factam revocationem ignorat, testamentum quod ipsum pro non revocato haberi debeat. Ex quo etiam hanc sententiam, quod ejusmodi, testamentum ab uno revocatum etiam quod alterum pro revocato haberi debeat, generaliter approbat David Mevius, ad *Jus Lubec. cit. loco, num. 39.* Struv. Müllerus, Castillo, Mieres, Franzkius, & ceteri, *loci supradicti.* Planè si Contestator istam mutationem facile experiri potuisset, tunc Fabro subscrivere non dubitaremus, jx. ea, quæ tradit Ludov. Molina, de *J. & J. tract. 2. D. 12. num. 3.*

XLII. Addamus his etiam hoc **tertiuum Membrum**, si alteruter contestantium, non saltē vivente, verūmetiam **scientem contestatore**, tale corresponditum Testamentum revocaverit. Anton. Faber, etiam quod hoc membrum, illum Casum, quod Pater quosdam liberos ad suum, & ad suum patrimonium Mater quosdam vocavit, ab isto, si Conjurx suum conjugem instituerit, sollicitè separat, ut in primo quidem casu revocatio Testam. corresponditvi non solum voluntatem ipsius revocantis, verū etiam alterius, quantumvis scientis, corruere faciat: *se p d. Err. s. princip. in verbis: Sed tamen tum queque, cum revocatio facta est ab altero conjugum, vivō adhuc conjugē, sive scientē, sive ignorantē revocationem, idem juris esse arbitror. &c. pag. 31.* in 2do vero casu haec ipsa unilateralis revocatio, quod alterum scientem, idēo, nullum prorsus effectum pariat, quia nulla in

consensum hujus revocationis injuria redundet, ceu in cuius potestate est, ad exemplum & in poenam voluntatis ab altero conjugemutatae, etiam suam mutare, & alium sibi heredem scribere: id quod si intermitat, ipsum non tam de Conjuge, suo contestatore, quam de seipso potius conqueri debere, quod, cum aliud testamentum condere posset & deberet, cum priore nihilominus, ceu ab ipso expressè non revocato, decedere maluerit. d. Err. 6.
 pag. 33. & pag. 59. Et omnino hæc sententia evidentem viderur rationem habere, cum ex illâ scientis perseverantia haud exigua voluntatis conjectura exurgat, quod ipse conjugem non tam intuitu & contemplatione mutua institutionis ab altero conjugevicissim facta, quam ex abundantia affectionis, de qua nec quidquam alterius conjugis imminentia affectio imminuere potuerit, heredem instituerit. Quandocunque enim aliquis amplissimam commodè testamentum mutandi habuit occasionem, eò non immutato, cum eodem decedere voluisse intelligitur; per L. 3. de probat. L. 3. Cod. de inoff. T. L. 14. de test. mil. Cyriac. contr. for. 475. num. 15. Alvar. Valasc. consult. 169. num. 5. Ex quo etiam ap. Gallos, in quibusvis reciprocis inter Conjuges testamentis, iudicis servatur, ut, licet, post obitum alterutrius conjugis, superstes, ne quidem pro suo semisse, alter testandi licentiam habeat, tamen aliud obtineat, si talis mutatio, alterò adhuc superstite, fiat; eò quod tunc, rebus omnibus integris, necdum ullò cuiquam jure quæsitò, libera sit alteri arbitrii mutatio, & libera reciproci legati ademptio. Renat. Choppin. de LL. And. lib. 3. tit. 4. §. 13. ubi addit Præjudicium. Maynard. Dec. Tholosan. lib. 5. Dec. 97. Eademque præsumptio tanto fortior, ex eo, procul dubio redditur, si alter Conjux, vel Contestator, ex quo revocatio ab altero facta ipsi innotuit, adhuc diu supervixerit: prout his congruenter Rota Romana, in casu Testam. correspondivi à Fratribus conditi, & postea ab uno illorum revocati, post quam revocationem superstes per integrum Quinquennium acquievit, ita pronuntiavit,
 auto-

autore celebri ejusdem Auditore Guil. Dunozetto, d. Decis. 208.
 n. 13. ibi: Ponderarunt Domini, quod Mandricardus praecepsit,
 neque Iidorus, per quinque annos, quibus supervixit, pro-
 priam voluntatem curavit revocare: NB. Signum evidens,
 quod voluit cum illa decedere, quamvis Mandricardus propriam
 voluntatem mutasset. Fac. L. 5. Cod. famili. ercise. Non obstante L.
 penult. §. 2. de adm. leg. Quodsi verò inter talem ab alterutro
 contestantium factam revocationem, & alterius obitum, breve
 tempus intercesserit, & aliae præterea circumstantiae concur-
 rant, tunc merito diversum placuit Dominis Francovadanis, ap.
 Brunaemann. consil. 33. num. 23. ibi: Und obßhon die seelige Frau
 nach ihres seeligen Herrn tote / eßliche Monath noch giebt /
 und doch ihren letzten Willen nicht geändert so ist ohne Zweifel die
 Ursach daß Sie eben die contenta nicht mehr im Gedächtnis ge-
 habt ic.

XLIII. Illud ferè supervacuum ducimus monere, quod, si
 vel duo Conjuges, vel Fratres, vel Socii, vel alii, in ejusmodi
 Testamento correspedito nihil aliud ordinaverint, quam ut ipsi
 se invicem heredes instituerint, tunc, si alter illorum fati
 concedat, supervivens sine dubio licentiam habeat de sua sub-
 stantia de novo testandi; eo quod illud ipsum correspedit or-
 dinatum T. per mortem unius, quoad hujus Bona, confirmetur,
 & è contraria, quoad alterum, ipso jure infirmetur, dum præmortui
 instituto, vivente adhuc altero, non potest non prorsus caduca
 evadere; per §. 2. J. quib. mod. T. infirm. Quamvis enim insti-
 tutio ista mutua fuerit, tamen illa non tam spe mutui luci, quod
 in utroque obtentu impossibile, quam potius vi mutuae affectionis
 facta existimatur. Et cum utique uterque ab initio prævidere
 potuerit & debuerit, alterum præmortirum, vel ex hoc tanto
 magis istius decisi veritas elucescit. Jungat. Faber, d. Err. 5. in fin.
 Addantur, que habet Bened. Pinellus, sel. Jur. Disp. lib. 1. cap. 10.
 §. 7. Barry, de success. i. est. & intest. lib. 10. tit. 1. num. 41. ibi; Nam
 si quid præmortuo relictum esset.

XLIV. Tertiò dicta doctrina ampliatur, ut per revocationem ab alterutro factam tūm ipsiusmet propria, tūm alterius præmortui, vel superstitis quidem, sed ignorantis dispositio corruat, tametsi ex tali revocatorio testamento hereditas postmodò non audeatur; sed Heres in illo, v. gr. à superstite conjugé institutus, ante hunc moriatur, vel hereditatem adire recusat, atque ita **testamentum quocunque modo destituantur**: eo quod notoriè per posterius testamentum jure perfectum prius rumpatur, idque sine discrimine, sive aliquis ex hoc heres existat, sive non s. 2. f. quib. mod. I. infirm. Neque enim testamenti vis & substantia ab additione hereditatis dependet, sed ab institutione: L. 1. princ. de H. inst. §. 34. f. de legat. Joh. Harpprecht. ad d. §. 3. num. 5. Pantel. 2q. Jur. lib. 2. Q. 10. num. 18. & sq. & satis est tabulas talis revocatorii ita esse ordinatas, ut ex iis hereditas adiri potuerit. Unde, licet hereditas ex illo postmodò non audeatur; tamen tabula illius correspiciat Dispositionis, ceu semel rupta, non restituuntur. Bachov. & Vinn. ad d. §. num. 8. Richter. Dec. 49. num. 7. Gratian. D. F. cap. 201. num. 16. Mynsing. decad. 12. Resp. 5. Q. 4. num. 12. & his ipsis in terminis Dn. Praeses, vol. 3. Resp. 44. num. 79. Quid verò dicendum, si Conjuges, in tali reciproco & correspictivo Testam. sic disponant: Dass / wann auch das lebende / ohne Leibs - Erben / oder eine in Rechten trüffige und beständige Disposition über die Verlassenschaft/ absterben würde/ alsdann die ganze Erb- und Verlassenschaft/ nach Abrichtung der Leich Kosten und Passivorum in zwei gleiche Theil gescheiden/ und ihrer beyder nächsten Anverwandten/ jedersseits zur Helfste/ abgesolget werden solle/ si deinde Testam. a superstite conditum destituantur? plena manu disquirit Dn. Praeses, modo d. Conf. 44. quod, ceu in omnibus manibus existens, huc integrum repetimus.

XLV. Quartò illa, quæ hac tenus de unilaterali talis correspictivi testamenti revocatione prolixius tradidimus, quod id vel

1516.

33(77. 180

velin totum, vel in quantum unius contestantis voluntas alteri correspœctiva est, per eandem revocetur, sub hac distinctione exaudienda arbitramur, ut, si quidem ipsa Hereditatis institutio, altera alterius intuitu sit facta, tunc per revocatoriorum superstitis testamentum etiam totum testamentum ab altero conditum, sive non solum Institutio, verum etiam Legata & reliqua capitula simili revocata censerri debeant. arg. L. 9. ff. de testam. tut. L. 1. §. fin. de vulg. & pupill. subst. L. 3. de his, que in T. del. §. 2. de L. Falc. §. 34. f. de legat. L. 14. Cod. de fideic. L. 2. Cod. si quis omisssa causa testamenti. L. 17. ff. cod. L. 181. de R. Jur. Nisi ex Aequitate diversum sentiendum; arg. eorum, que in simili tradit B. Dn. Lauterbach, de cancellat. ejusque in jure effect. cap. 4. ib. 45. Si vero non ipsa Hereditatis institutio; sed tantummodo, in casum, si v. grat. cuiuslibet Conjugis proprii Filii, a quolibet Parente, ex partibus imparibus, heredes scripti, absque Liberis deceperint, aliquod Fideicommissum, seu universale, seu particolare, in favorem Utriusque Cognatorum ordinatum, ista correspœctivitatis qualitate imbutum sit, hic sanè, si postmodò superstes Parens, quoad suas facultates, novum faciat testamentum, tamen Filios illius prædefuncti Parentis inæquales illas Partes admittere cogi, neque revocationem inæqualis hujus institutionis prætexentes audiendos; sed, per revocatoriorum superstitis testamentum, solam fideicommissariam illam Substitutionem, vel particolare Fideicommissum utriusque Cognatis promiscue relatum, revocatum censendum esse, vel ex eo videtur, quod Revocatio dispositionis correspœctiva non ulterius operari quæat, quam pro adæquati illius Objecti, quod ipsa & sola correspœctiva dispositio constituit, receptivitate. Neque haecenū Regula Legis 7. ff. de R. J. aliquid parit obstaculi, cum ademptio Legati, & cujuscunque Fideicommissi, salvâ Institutione, beneficiari valeat. Et huc spectant, que tradit Dn. Præses, d. Cons 44. num. 85. cum sqq. & in Rep. criminal. & civil. vol. 2. Rep. 18. num.

K. 3

num.

num. 71. & sqq. Quodsi tale testamentum, tantum quoad ali-
quod particulare Relictum, v. gr. Legatum, aut Fideicom-
missum, correspondivum sit, tunc in thesi hâc tradita tanto planius
& apertius, quoad talem saltem Partem, verificari queunt. Con-
ferat. Pinellus, *sel. Jur. interpr. lib. 1. cap. 10. §. 31. & sq.* Menoch-
tract. de presump. lib. 4. presump. 172. num. 4. ubi scribit, quod,
si Maritus legaverit Uxori ob id, quod & ipsa Uxor reliquit mar-
to, & maritus deinceps revocet legatum, presumatur, quod &
uxor marito relictum revocare voluerit.

XLVI. Ponamus verò Petrum & Christophorum, Fratres,
unicum commune testamentum ordinasse, in quo, facta recipro-
câ institutione ad favorem superflitis, &, si etiam ille diem obie-
rit, utriusque Propinquorum substitutione, etiam aliquot millia
ad pias causas ab ipsis relata, eorumque executio demandata
Leopoldo, legatô C. scutatorum honorato: Si postea Christopho-
rus, post obitum Petri, morti vicinus novum ordinet testamen-
tum, in quo, denuò approbat illis piis legatis, illorum curam
atque executionem à se scripto heredi Valentino demandat; anne
hic, propter Oneris Leopoldo injuncti ademptionem in
hoerevatorio Testam, factam, ipsum etiam Legatum ei-
dem relictum ademptum censeri debet? Hanc Q. de testa-
mento duorum Fratrum reciproco quidem, sed non correspec-
tivo, in quo alter alterum heredem instituit, sine fideicommissaria
utriusque Cognitorum substitutione, ita resolvit Cardinalis de
Luca, quod per Christophorum revocari non potest, cù maximè
ratione, cedere debeat, quia, licet legatum hoc sit correspondi-
yum ad exequitionem piorum operum ab utroque injunctorum;
tamen Oneris ademptio non provenerit ex judicio ejusdem Te-
statoris, nec Christophorus Petri heres, in præjudicium legata-
rii Leopoldi, onus ei injunctum, ad hunc effectum, ut legatum
intereat, admire posse. Quoad alteram verò dimidiā partem
arbitratur, hanc facti seu voluntatis qualionem esse, ex eo per-
den-

1518.

79.

dentem, utrum Onus injunctum fuerit causa finalis & præcisa legati, sine quâ np. illud non fuisset relictum? arg. L. 32. ff. de excusatione in suo theatro Verit. & Just. tom. 2. Dis. de legat. 32. num. 4. Sed si tale testam. etiam correspœctivum, & à Christophoro qui revocatum; veruntamen denuò illa pia legata sint confirmata, sed, ut dictum, execuſio Valentino demandata, annon, quia Testam. illud correspœctivum, etiam quoad præmortuum, in consequentiam actuum correspœctivatis, est revocatum, etiam illa Legata ad Pp. Cc. utrum eum legato Leopoldo relicto, insuper habita Christophori nova confirmatione illorum legatorum ad Pp. Cc. revocata censenda? Vel an nova hæc confirmatio etiam legatum illud executorum rursùs convalidabit? Nobis s. m. ita videatur, quod tūm legata ad Pp. Cc. valida sint, tūm etiam legatum pro eorundem executione Leopoldo assignatum, quoad medicamentum ex Petri hereditate petendam, tam ex eo, quod Christophorus, quoad ista legata, testam. præcedens, inspeſto effectu non revocaverit, siveque haec tenus non sublata sit voluntatis utriusque correspœctivitas, quam ex hoc, quod secundum receptissimam sententiam legata pia, etiam in casu testam. destituti, nihilominus debeantur; tradente Fusario, de fid. subst. Q. 566. num. 23. Riccio, collect. Dec. 1146. vers. nono. Tiraquello, privil. P. C. 33. & 76. Videat. Jus Prov. Würtemb. p. 3. tit. 6. §. Hie beneben. & tit. 7. §. 24. §. Vann aber. Dn. Lauterbach, de T. deſtit. th. 18. Verum cum Leopoldus, in istorum legatorum executione, cum Christophori herede Valentino concurrat, indè aequum arbitramur, ut dimidia legati pro ipsa hac executione relicti apud Christophori heredem remaneat.

XLVII. Cum verò Testamenta legitimè condita, præter mutationem voluntatis testantium, etiam aliis modis, ex postfacto infirmentur, np. sui heredis agnatione, naturali, vel civili, itemque status mutatione: Jungantur DDres, ad tit. de inuicto, rupto, irrito factio T. & ad tit. f. quib. mod. testam. infirm.

Quare



Quare porrò h̄c Qr. Utrum corresp̄ctiva hujusm. testamenti natura & indoles etiam hactenū operetur, ut, si alteri Fratri & contestatori, sius heres, naturaliter vel civiliter adnascatur, vel unus ex illis maximam, medium, aut minimam capit̄ dimi-
nutionem patiatur, etiam tale testamentum, quoad alterum, rumpatur vel irritum fiat? Nos etiam hactenū regulari naturæ corresp̄ctivorum inhærendum arbitramur: Prout etiam supra diximus de nullitate hujusmodi testamenti ex unius saltem latere; in §. Semper enim recurrit corresp̄ctivorum hæc perpetua natu-
ra, quod unum sine altero non possit consistere, sed uno sublatu seu deficiente etiam alterum corruat: eo quod tales actus adeo inter se connexi sint, ut nullam recipiant divisionem, sed unus sit propter alterum, undeque cessante cesseret etiam alter. Müller. ad Struv. ex. ad 20. 32, lib. 34. lit. 8. prolixè Wensembec. consil. 51. num. 49. Cyriac. controv. for. 689. num. 95. & sqq. Clem. Merlin. Dec. 555. num. 1. plenissimè Goeddeus, in Conf. Marp. vol. 4. conf. 42. num. 90. & sqq. Amat. Dunozett. Dec. Rot. & Rom. 761. num. 5. Franc. Sarmiento, sel. interpr. lib. 2. cap. 4. n. 2. Tiber. Decian. vol. 3. Ref. 1. num. 38.

XLVIII. Sed & Testam. tale corresp̄ctivum, Offic̄o iuris
dicis, mediante Querelâ inofficioi, vel bonorum possessione
contra tabb. peritâ, ex uno latere rescindatur, nulli sanè dubita-
mus, quin idem judicium ferendum veniat. Denique, si etiam
duo Pagani, in Hostico sic testati fuerint, ut alter alterum
heredem instituerit, & in casu, si etiam supervivens deceperit,
universa sua Bona, in unam massam quasi consolidata, inter filios
Cognatos in duos Semisses distribui jussérunt, eâ lege adiectâ,
quod, si alterius testamentum deficiat, etiam alterum, cum illo,
deficere debeat, ac postea alter in illo præsentaneo periculo de-
cedat; alter verò evadat, numne etiam h̄c prædefuncti Testa-
mentum, eō ipso, quod alter ex isto periculo incolumis evasit,
suas vires amittet? Sanè quidem, si illam generalem nostri Juri
diplo-

1520.

dispositionem, quod Pagani ex Hostico feliciter eluctati testamen-
tum, hoc ipsò, quod exinde eluctatus sit, omne robur amittat,
per latissimè deducta à Domino Præside, in tract. academic. de
Succession. part. 1. pag. 680. usque ad pag. 698. in oculis habeamus.
Sed, cum, tali in casu, alia contestatorum mens esse videatur, im-
præsentiarum nihil volumus definitum. Dictis addi possunt ea,
qua de omnibus individuis & correspeditivis eleganter firmat Sur-
dus, Decis. 7. num. 33. & sqq. ubi scribit, tales actus non posse
pro parte tantum valere, & pro aliâ parte irritari, vel pro parte
acceptari, & pro parre improbari. Handedæus, part. 1. consult.
82. num. 56. Cyriacus, controv. for. 535. num. 1. Carolus Cardin.
Cerrus, in Dec. Rota Rom. Decis. 740. num. 10. Pruckmann. vol. 2.
cons. 1. num. 447. Castaldus, Decis. 145. Carpz. lib. 5. Rep. 6. num.
10. Klockius, tom. 3. cons. 150. num. 100. & tom. 1. cons. 12. n. 43.

XLVIII. Ultra ea, qua haec tenis de Correspeditivatis effe-
ctibus diximus, observandum est porrò, quod haec ipsa supremarum
voluntatum correspeditivitas, in ejusmodi terminis, quales
supra in §. 21. retulimus, etiam **confusionem** utriusque Contesta-
ntis patrimoniorum inducat, &c., quod huic porrò conse-
quens, etiam hoc operetur, ut, in casu, si ultimus Contestan-
tium decesserit, utriusque Consanguinei fideicommissariæ
substituti, Bonæ ita confusa atque communia inter se partientes,
ut utriusque Heredes inde efficiantur. De quo ita celeberrima
hujus Loci Facultas ap. Dn. Præsidem: Wann ein solcher zulezt ab-
leibender / und mit einem dergleichen Fideicommissio , quoad
hereditatem a premortuo relicta , onerirter Ehegatt / de suis
propriis, ab ista premortui Conjugis hereditate separatis facul-
tibus kein in Rechten beständiges Testament ordinirt / werden
beyderley Patrimonia in eine Massam hereditariam dergestalten ge-
stossen / und untereinander confundirt / daß des Manns und
Weibs Freunde/ sive proximi Utriusque, vel ab illis nominatim
designati Cognati, auch beyder Eheleute promiscui here-
des,

des, atque ita perinde, acsi unica Hereditas ipsis esset de-
lata, inter se Coheredes werden/ heissen/ und bleiben. vol. 3.
consil. 44. n. 88. & sqq. Quibus consequens est, ut Cognati utrius-
que etiam utrumque Contestatorem repräsentent, tanquam una
& eadem cum utroque Persona, & dehinc quoque omnes in aliis
Heredibus, vel cum, vel sine beneficio Inventarii, adiutoria heredita-
te, obtinentes Effectus etiam in ipsis, pro Rata cuiuslibet heredita-
riæ, potentissimè obtineant, siveque etiam actiones hereditarias
intendere possint, & excipere teneantur. De quo ita in d. vol. 3.
consil. 45. num. 12. Quod supposito Dieses, daß Herr von Buschh/
und Herr von Salder nicht nur ihrer Frau Mutter des Herrn von
Gößen erster Eheleibsten; sondern auch und nicht weniger Ein
des Herrn von Gößen veri heredes, folglich seines hinterlassenen
unmündigen Herm Sohns ungezwiefte Coheredes seyen/ sich von
selbstem hervor thut/ und inthin auch dieses, daß Sie/ als Erben
des Herrn von Gößen/ die von ihm aigenhändig unterschribene
Quitting/ und darinnen enthaltene Confessione dotis sibi vere & rea-
liter illatae keines wegs impugniret können/ extra omnem omnino
controversiam gesetzet wird; per regulam Legis 14. Cod. de reizin-
dic. L. 3. ff. de serv. export. & deducta Carpz. p. 1. C. 28. D. 17. Rich-
teri, de jure & privil. cred. cap. 3. sect. 1. num. 30. Dominici Gait.
tr. de credito, cap. 4. Q. 11. num. 1721.

XLIX. Iti vero Effectus non ulterius obtinent, quam pro
Rata cuiuslibet hereditariæ, quam à quolibet Conjugum, vel
aliorum Contestatorum, unusquisque consequitur, si weit jedes
Theils Besfreundte an ihme erben. arg. L. 1. Cod. si cert. pet. L. 1.
Cod. de except. L. 6. Cod. famil. erciso. L. 1. L. 6. Cod. de heredit.
action. L. 7. Cod. de N. gest. L. 14. Cod. ad L. Falc. L. 1. Cod. de bon.
auctor. jud. possid. L. 14. Cod. de R. vindic. L. ult. Cod. de contr. tut.
judic. & eorum, que in simili docet Dr. Lauterbach, de Confus.
th. 17. Ubi tamen non illud attendendum arbitramur, que, qualia,
quanta, ab unoquoque Contestante provenerint? ita np.
ut,

1522.

¶ 83. ¶

ut, si v. grat. Maritus valde amplis facultatibus & Uxor è contra longè tenuioribus instructa fuerit, Consanguinei mariti Creditoribus uxoris tantum eatenus satisfacere teneantur, in quantum ad ipsos ab uxore pervenit, & Propinquui Uxoris creditoribus mariti, juxta proportionem ab ipso revera obtentæ majoris honorum portionis, in tanto majorem Summam teneantur, quo magorem è contra Consanguinei Mariti, propter confusionem utriusque facultatum, ab hoc suo Cognato, partem hereditariam adepti fuere; sed, ob confusionem utriusque Patrimonii, per quam utraque Hereditas, ex consensu utriusque Contestatoris, confusa, unita, &c. ut loquitur Lex 10. §. 2. de V. & R. S. & in simili Lex 28. ibi: *Hereditas patris & filii una est. ff. de reb. autor. jud. possid. juncta & unica effecta est, utriusque Cognitorum unusquisque pro rata totius suæ Partis hereditariae, quam ex illa communis & commixta bonorum massâ obtinuit, satisfacere teneatur; eo quod bona utriusque Conjugis sic confusa & unita unius patrimonii vicem sustineant, neque ulla distinctione, quæ Mariti vel Uxor, post obitum cuiuslibet, reliqua fuerint, ulterius spectetur; quippe quam illa correspondiva contemplatio & quasi compensatio sustulit.* arg. L. 12. ad L. Falcid. L. 77. §. propuls. de leg. 2. Id quod ex eleganti motu recensenda Decisione Maviana luculentius dispalescat.

L. Nempe, cum duo Conjuges reciprocum seu mutuum testamentum condidissent, hac dispositione, ut ultimò superstes præmortui bona, quoadusque in vivis mansurus esset, retineret, ipsò verò decadente utriusque proximi heredes simul in Communibus bonis succederent, eademque æqualiter, tanquam unam & communem hereditatem, aquis portionibus inter se partirentur; & Uxore præmortua Viduus, ex lege istius testamenti, omnium bonorum, etiam quæ prædefunctæ Uxoris fuerant, possessor mansisset; sed à dispositione testamenti recessisset, alium in suis bonis heredem instituens; sed te-

L 2

stamen-

f^mamento minu^s soleanni, sⁱcque ips^d jure null^o & ide^o proxima
 ipsius Consanguinea, h^{oc} impugnat^d, ipsius hereditatem ab
 intestato peti^sset; mox ver^d cum nulliter instituto herede non
 ipsa tantum, sed & un^a cum illa, etiam p^rae mortua Uxor^s con-
 sanguinei, eo pacto transegissent, quod illa, acceptis 4000. flo-
 renis desistere, & utriusque Conjugis heredes bona hereditaria,
 secundum prioris testamenti tenorem, partiri deberent; post hac
 omnia ver^d Mariti Creditrix ejus proxinam Cognatam solitari^d
 convenisset, & in prima instantia, non attent^a, quam h^ac rectissi-
 m^e objecerat, exceptione divisionis inter plures heredes, illius
 condemnationem in solidum impetrasset. Appellatione interpo-
 stica, merito visum fuit, quod ipsa audiri, & Mariti Creditrici, ut
 sim^ul utriusque contestantium heredes, si omnino ulterius agere
 vellet, conveniret, injungi debeat; arg. L. I. Cod. se cert. pet.
 æquè np. ac juris est, cùm plures sunt unius heredes, quorum
 unus in solidum convenient^r non potest. Quamvis enim, ex illis,
 alii Mariti, alii ver^d Uxor^s proximi fuerint consanguinei, & pro-
 indè, si Hereditas separata mansisset, non iidem ejusdem, sed qui-
 libet sui duntaxat Cognati heredes fuissent; attamen, ex quo
 confusa fuit utraque Hereditas, & Bona utriusque con-
 jugis ita communia ex complacit^d se testamento reddi-
 ta, ut nequaquam separari; sed Cognati utriusque etiam
 utriusque ipforum Heredes esse deberent, eo loco & jure
 censeri res debet, acsi una eademque Hereditas esset,
 iidemque utriusque Testatoris heredes: Sic, ut magis hic
 spectandum sit, quid Conjuges voluerint, quam quod fuit ab
 initio. Neque hic creditrici ad separationem proficere potuit a
 Viduo conditum, illius prioris & correspondivi revocatorium te-
 stamentum, tūm ob ejus nullitatem, tūm ex eo, quod Heres in
 eodem institutus id destituerit, tūm & maximè ide^o, quod
 Cognati utriusque, priori testamento se insistere velle, novo
 pacto declaraverint, & hereditatem ex illo adiverint, sⁱcque illud

1524

¶ 85 ¶

illud suum robur & validitatem vel nunquam amiserit, vel recuperaverit. Ita optimè Supremum Viennarum Tribunal, apud Me-

vium, part. 5, Decis. 15, ubi vide omnino.

Li. Præmissis & illud consequens est, ut, si tale testamen-
tum ex uno latere revocetur, vel ex alia causa suas vires amittat,
etiam alterum usque ad eum omni suo valore inde deficiatur, ut
si v. causa, Conjugx alteri superstes præmortui facultatibus, per
plures annos, usus fruitus fuerit, vel alia exinde **commoda**
perceperit, ipse, tali in casu, ista **omnia** perinde restituere
teneatur, ac si tale Testamentum nunquam conditum fuisset.
Quamvis enim in casibus, ubi Conjuges reciprocum, & non simili-
etiam correspondivum testamentum considerunt, diversum ob-
tineat, hoc nimis, ut tametsi superstes Conjugx tale mutuum
testamentum, quoad suas facultates, totaliter revocet, nihil
ominis alterius præmortui dispositio, ob id, planè non alteretur,
ac proinde nec superstes ulli Fructuum interea perceptorum re-
stitutioni obnoxius sit: eo quod tunc **in dubio** versemur, neque
certam, & vel specialiter expressam, vel ex præfatione, vel etiam
aliundè evidentem defuncti voluntatem habeamus, quod, in ca-
sum testamenti ab altero revocati, sua quoque dispositio revo-
cata intelligi, & proinde supervivens ad fructuum interea per-
ceptorum restitutionem obligatus esse debeat: Unde, talibus in-
casibus, nullus dubitat Castillo, cum Valasco & aliis, hanc sen-
tentiam propugnare, quod, quantum ad conjugis prædefuncti
testamentum, omnia in suo statu immota remaneant, adeoque de
fructibus nihil restituendum sit. R. Q. part. 2. cap. 18. num. 68.
Quibus gemina tradit Alph. de Azevedo, consil. 3. num. 7. in ver-
bis: *Ex quo infertur, quod, etiam si revocans fuerit potitus fru-
ctibus bonorum, à defuncto ei relictorum, quod nihil erit in cau-
sa, quin testamentum ex parte sua revocare possit; neque tenebi-
tur restituere fructus perceptos.* Et sic in Jure & Praxi receptum
dicit Valascus, consult. 7. num. 7. vers. Si sextum dubium. & Bur-

L 3

gos



gos de Paz, consil. 2. num. 22. cum plurib. sgg. Dn. Praes, consil. 44. num. 31. Tamen aliud in casibus, si de correspективo testamento queratur, dicendum venire, quod np. superstes, testamentum ejusmodi ex sua parte revocans, etiam præmortui dispositionem una faciat corrui, & per consequens semetipsum in hunc statum conjiciat, ut omnes fructus intermedii temporis teneatur restituere, plena manu exequitur laudatus Castillo, d. cap. 18. num. 66. & 67. ubi ita inter alia : *Ex quibus in hoc casu dici posset, morte præmortui dispositionem non confirmari, nec pro sua parte, ut servetur ad eum modum, ad quem uterque dispositus, nec etiam ut supervivens lucrari posset fructus, quando ex contentis in dispositione aperte deprehendi posset, non alias relictum fructus præmortuum, aut non alias dispositurum, quam si, ut dixi, servaretur in totum dispositio, resve in eodem statu permaneneret, in quo tunc erat. d. num. 67.*

LII. Ad hoc verò, ut palmarius, qui ex revocatione testam. ejusmodi correspективi proficiscitur, effectus, nempe etiam revocatio alterius testamenti, effectivè obtineri possit, oportet, ut etiam de **Remediis juris** isto nomine competentibus breviter dispiciamus. Quod si igitur, v. causa, post obitum Mariti superstes conjux testamentum ejusmodi, ex sua parte, quoconque modo revocet, & in possessione bonorum mariti sit constituta, sub obtentu, quod ipsa à suo Marito heres exesse sit instituta, vel omnium bonorum usufructu honorata, nulli equidem dubitamus, quin mariti heredibus ab intestato **directa hereditatis petitio**, contra ipsam, ceu tantum pro herede possidentem, competit, ad hoc, ut **Judex** declareret, hereditatem defundit mariti, tq. sui cognati, ipsis ab intestato esse delatam, Reamque, condemnet ad illam sibi, cum omni causa, & in universale hoc judicium venientibus præstationibus personalibus, restituendam; per *int. tit. ff. & Cod. de hered. petit. juncto princip. in verbis: Intestatus decedit, cuius testamentum ruptum, irrituante factum est.* J. de

1526.

87. 1526

J. de hered. ab intest. & L. i. princip. ibi : Sed & is, cuius ruptum vel irritum est testamentum, intestatus non improprie dicitur decessisse. ff. de suis & legit. Idemque dicendum de Interdicto quorum bonorum, quod illud in tali casu locum obtineat; per rot. tit. quor. bonor. Et si Vidua è contrà, in possessione bonorum mariti non constituta, ex ejusmodi testamento à se revocato, sub eodem praetextu, quod id morte Mariti, quantum ad ejus Bona, sit confirmatum, mediante vel hereditatis petitione, vel alia actione, illa audeat prætendere, pariter non ambigendum, quin Hereditibus mariti ab intestato Exceptio Doli, vel, pro re nata, in factum competit. arg. L. i. §. 4. de superficie. L. 156. §. 1. de R. Jur. in terminis Domini Francofurtani ap. Brunnemann. d. consil. 38. num. 26. ibi : Per exceptionem doli, vel in factum abzulehnen. Denique nec dubitandum, quin Heredis legitimis, confirmatis tali testamento, vacantem adhuc & à nemine apprehensam rerum hereditiarum possessionem propria autoritate apprehendere valeant; per ea, quæ tradit. W. esemb. consil. 294. num. 25. Cæsar Argelus, de legit. contradic. Q. g. artic. 2. num. 47. & passim Alii.

LIII. Quod si tale Testamentum, tantum quoad aliquod Particulare relictum, Legatum videlicet vel Fideicommissum, correspondivum sit, tunc, si illud ab uno Contestantium revocetur, & in casum hunc expresse, quod id etiam ex altero Contestantium latere pro adempto habendum sit, in ipsomet Testam. correspondivo provisum fuerit, tunc Heres in eodem testamento institutus, ceu satis probata alterius pœnitentia, tutus erit per viam Exceptionis, doli scil. mali, ut quæ omnibus obstat, qui, contra defuncti voluntatem, quidquam ex testamento petunt. L. 4. §. 10. de dolimали except. L. 36. §. 3. de testam. mil. juncta L. 27. Cod. de fideic. & L. 3. §. fin. de adim. legar. Quod si illud jam præstitum, tunc indebiti Condictio indulgetur à Pinello, sel. Jur. interpr. lib. i.

cap.

cap. 10. §. 31. Si vero in ipsa tali dispositione correspondativa, in casum unilateralis ejus revocationis, disertè nihil cautum occurrat, tunc Heredi, rem legatam adhuc retinenti, siue dubio saepe dicta Exceptio proderit; per dd. xxx. &c. si tempore legati præstationis Cautionem exegerit de re legata, in casum testamenti revocati, reddendā, etiam Aetio ex illa, vel hypothecaria, vel extipulatu, prout scilicet cautum vel datis pignoribus, vel fidejussoribus, omissa vero Cautione, Condictio sine causa aquissimè conceditur à laudato Pinello, d. cap. 10. §. 32, ubi plura videri possunt. Quo minus vero etiam in tali casu Condictio indebiti locum fortius tauri, dicta Lex 3. §. fin. de adim. leg. juncta L. 51. de condict. indeb. nihil parit obstaculi, ut existimat Pinellus, cit. loc.

LIV. Ad Contraria, Primo, illa spectant, quæ hujusmodi Testam. correspondivum ab initio nullum reddunt, quæ ex suprà deductis nullo negotio addisci possunt. Quod & illud referendum, si Maritus, cum uxore tale testamentum condens, in quo alter alterum heredem instituit, suā ipsem manu, seipsum heredem scribat: qualem Casum operose discussum videre est apud Dn. Presid. in tract. academ. de succession. part. 1. à pag. 1003. usque ad pag. 1051. Alvar. Valascum, consult. 177. per tot. Sed & sua ratione huc pertinet Dolus sive Calliditas, ab alterutro Conjuge, vel Contestatore, in condendo tali correspondivo Testamento, exhibita; de qua supra jam diximus, in §. 8. Addat. Besold. consult. 121. n. 23. post Bald. Fulgos. Purpurat. Aretin. Corn. Jafon. Alexandr. Angel. Cynum, Decium, Dilectum, Alvarus Valascus, consult. 7. num. 7. in fin. Molina, de J. & J. tract. 2. D. 152. n. 4. Ex postfacto vero illud tum per mutuam utriusque Contestatoris Revocationem, tum & alias Modis, de quibus jamjam occasione Effectuum talium Testamentorum, abunde dispeximus, non minus ac alia testamenta, infirmatur. De eo, si Ma-

si Mariti ex priore thoro liberi testamentum ejusmodi correspondivum, cum secunda uxore ordinatum, impugnent & Transactionem Novercae extorqueant, si deindē Noverca, sine novi testamenti ordinatione, decesserit, an Privigni quicquam ex illo correspondivo, in sui favorem ordinato testamento praetendere valeant? videatur Brunnemannus, consil. 38.

LV. Ad Affinia pertinet, Primò, Pactum futuræ successionis correspondivum; de quo Hieron. Gabrielius, lib. i. consil. 36. n. 1. Steph. Gratianus, Disc. for. 692. n. 37. & sqq. Secundo omnia dotalia Pacta, de hereditaria quidem & universalis successionis agentia, sed irrevocabilia; ad de quibus solcite Magnus Dn. Praeses, Praeceptor & Fautor noster devenerandus in tract. Academ. part. 1. pag. 809. usque pag. 915. & vol. 2. consil. 18. num. 103. cum. sqq. Tertiò reciproca Conjugum Testamenta, præcipue illa, quicis in casum, si etiam novissimus decesserit, utriusque Consanguinei, jure universalis Fideicommissi, ad successionem Testatorum vocantur: de quibus elegantia & non ubivis obvia decisa videri possunt apud B. Dn. Textorem, in Dec. Patal. Dec. 45. ubi contra Carpzov. in p. 3. C. 2. D. 20. & 21. iudicatum recenset, & Mariti Consanguineos ad sola Mariti, & Uxorium Consanguineos ad sola Uxorium; non verò promiscue utriusque Consanguineos ad bona utriusque admittendos existimat. Pro cuius sententia etiam faciunt, quæ ea aliis refert Alph. de Azevedo, consil. 3. num. 14. vers. Quartò ex doctrina Baldi. ibi: Videri maritum, pro parte sua, vocasse consanguineas suas, & ex parte Uxorius suas per dimidiam, & sic pluralitatem illam, vocantem consanguineas, resolvi in singularitates, ita, ut consanguineæ uxorius habeant bona ejus per sortes. Consanguineæ mariti bona ejus &c. Vide tamen,

M


quæ

quæ ab ipso in contrarium deciduntur , num. 19. & sgg. ubi optimè Carpzovii sententiam corroborat , & contraria deluit Ludolph. Schraderum , consil. 49. ubi latè de hoc disputat : Si proximi utriusque Conjugis Cognati , jure fideicommissi , vocati fuerint , & ex parte Mariti , v. grat. unica Soror ; ex parte Uxoris verdò duo Fratres concurrant , quomodo Conjugum hereditas tunc dividi debeat ? De quo etiam Richter. Decis. 37. num. 13. 15. & sgg. plurib. Herm. Vultej. in Consil. Marp. vol. 4. consil. 21. ubi Calum , quod conjuges contestatores ita disposuerunt : Dass / was nach Abrichtung solcher Legaten/ Donation und Vermachung/ von unsrer seits Testatorin anererbet und miteinander in stehender Ehe erworbenen Güthern/ nach unsrer beyder absterben noch übrig / das alles sollte zum halben Theil an meiner Hauffrauen Freunde und Erben / als nemlich an meines Vettern Jostis/ und an meine halbe Brüder und Schwestern/ vertheilet und erblich gefolget werden ; & , cùm post obitum mariti ejus Vidua adhuc amplissimam hereditatem adepta fuisset , de qua ipsa , morti proxima , in alio peculiari testamento specialiter disposuit , lite desuper obortā , ita decedit , quid præcedens reciprocum utriusque testamentum ad Bona post obitum primò mortui acquisita haudquaquam pertineat , ac proindè tum primum , tum secundum testamentum validum sit . Hieron. Pantchmannum , practic. Qg. lib. 2. Q. 5. ubi latè disquirit : Utrum Uxor Marito , testamentum cōdenti , in præjudicium Portionis statutariaz , etiam absque Curatore , validè consentire possit . Quartò Testamentum , quod Conjux non de suis tantum , verū etiam de Conjugis in hoc consentientis facultatibus conficit de quo , ultra superius in §. 13. à nobis laudatos , videri possunt ea , quæ sollicitè ex aliis refert Simoa van Leeuwen , Cens. for. lib. 3. cap. 2. n. 15. cum sgg. & cap. 11. num. 7. pag. nob. 228. & 229.

¶ 229. Christ. Besoldus, *consil. 288. num. 6.* Berlich. *Decis. 92.*
 Mevius, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 1. art. 10. num. 16.* Roderic.
 Suares, ad *L. Quoniam in prioribus, in declarat. Legis Regni.*
num. 13. Cod. de inoff. T. Molina, Spino, Mieres, Alvaradus,
Gutierrez, in locis, quos exhibet Alphonsus de Azevedo,
consil. 3. num. 11. & 12. Hieron. Cævallos, in Spec. commun.
opin. tom. 1. Q. 310. num. 8. & sqq. post Baldnum, Everhar-
dum, & Guilhelm. Benedictum, Peckius, de T. C. lib. 1. cap.
27. num. 13. Hecker. de acq. conjug. part. 2. Loco 11. num. 142.
 Renat. Choppinus, de morib. Parisor. lib. 2. tit. 4. num. 10.
 Paulus Christinaeus, *Dec. Belg. vol. 4. Dec. 12. num. 2.* ubi ali-
 quot Judicatis irrevocabilitatem hujusmodi Testamenti, quoad con-
 sentientem Uxorem statuminat. & *vol. 6. Decis. 58.* ubi etiam de
 bonis feudalibus querit.

LVI. Coronidis loco adhuc illud subjungimus: Utrum ul-
 la Cautela detur, per quam desultoria reciproci tūm
 Conjugum, tūm etiam aliorum testamenti Revoca-
 tio, ignorante, vel invitō, vel jam mortuō alterō,
 excludi queat: De quo conferri mereatur Faber, in tract. de
 error. pragmatic. decad. 52. Errore 4. Jacobus Andr. Crusius,
 ad *Jus Statutar. Mindense*, pag. 221. ibi: *Was nicht Contracts*
weise ein anders caviret und verschen wäre. & pag. sq. Paul.
 Christinaeus, ad *LL. Mechlin. tit. 17. artic. 2. in addit. pag. 558.*
 Renat. Choppinus, de *LLb. Andium*, lib. 3. tit. 4. num. 13, ubi
 agit de Clauſula testamento duorum, inter Libb. testantium
 Conjugum insertā: *Quod posteriores tabulae non aliter ratæ*
sive valide esse debeant, quam utriusque consensu conditæ.
 De quo etiam Maynardus, *Dec. Tholosan. lib. 5. Dec. 97.* Ve-
 rissimum videtur Domiri Hoppii judicium, quod consultius
 sit, ut *Paſta dotalia*, intellige etiam universalem atque here-
 ditaria-

ditariam successionem pro objecto habentia, per modum
contractū inter Conjuges condantur, ut quae, alterā Parte
non consentiente, sunt immutabilia: Vel si omnino Maritus
& Uxor, per modum Testamenti, de sua familia disponere
velint, ut alter quidem alteri sua Bona relinquit; sed illum,
in casum, si & ipse moriatur, **universali** gravet Fideicom-
missio, sieque illa, post mortem, suis Agnatis restituere ju-
beat. ad s. 13. Inst. de testam. ordin. Et, si talem in casum
sue Cognitioni pleniū & pinguiū prospicere velit, etiam de-
ductionem Quartæ Trebellianicæ interdicere
poterit.



ULB Halle
006 380 859

3



vd 18

	inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbkarthe #13



COMMENTATIO JURIDICA INAUGURA

D.

TESTAMENTI CORRESPONSIVIS;

Quam,

DEO favente,

Indultu

Amplissimi JCTORUM Ordinis,

In Illustrissima EBERHARDINA,

P R A E S I D E

Magnifico ejusdem Rectore,

DN. FERDINANDO CHRISTOPHORO HA

PRECHTO, Jcto & Antecessore,

P R O L I C E N T I A

Supremos in Jure honores legitimè
capessendi,

Die 18. Octobris

IN AVLA NOVA,

Solenni Eruditorum examini
submitte

ADAMVS CHRISTIANVS WACHS.

T V B I N G Æ,

Literis GREGORII KERNERI,

Anno 78 λόγις εὐταξίας M DCC II.

B.I.G.